modū qualem ꝓut nō habet per se esse. sed est quedā perfectio materie. sic etiā oēs ſbe scde sūt qualitates ꝙz dici qz hñt quēdā modū qualē eo ꝙ nō habēt per se esse. sed sunt in ſbīs ꝓximis: ⁊ ide est ꝙ oēs secūde ſbe dicūt significare quale q̄d ut pōt patere ex predicamētis. qz significāt q̄d per modū qualē. ⁊ sicut distinxim⁹ de relatiōe ⁊ qualitate. sic possem⁹ distīgue re de quātitate. qz est quātitas ꝼm eē ⁊ ꝼm dici. quātitas enī ꝼm eē est id qō ꝼm id qō ptinet ad p̄dicamētū quātitatis ut linea supficies ⁊ cetā talia. quātitaſ vō ꝼm dici est id qō hz quēdā modū quātitatiuū. ꝼm se tñ est in p̄dicamēto quātitatis. ut virt⁹ ꝼm se que daz qualitas est. habet tñ quēdam modū quātitatiuū ut cōparat ad suū obiectū. ideo dicim⁹ ꝙ tāta virt⁹ pōt in tantū obiectū ⁊ inde est ꝙ virtutes dicunt augmētari. ⁊ dī vna virt⁹ esse maior alia que oia ideo uera sunt. qz virt⁹ que de se est qualitas quedā habet modū quātitatiuū. ꝼm hoc ergo dicere possum⁹. ꝙ euuz qō ꝼz se per reductionē ptinet ad p̄dicamētū ſbe hz tñ modū aliox p̄dicamētox. qz hz quēdā modū relatiuū ⁊ quātitatiuū ⁊ q̄litatiuū. vñ dici posset de euo qō iportat relationē ꝼm dici. pōt enī euū triplr ꝓsiderari. ul rōne ipsius hitudinis. ul rōne eī⁹ qō mēsurat hī⁹ hitudo. uel rōne eī⁹ in quo fundat talis hitudo. Si cōsideret euū rōe hitudinis quā iportat. sic hz quēdā modū relatiuū. sic enī est quedā mēsura ⁊ dī relatiue ad mēsuratū. nō tñ ꝓpt hoc ptinet ad p̄dicamētū rel'onis qz nō sufficit dicere hitudinē ⁊ importare respectū ad hoc ꝙ aliq̄d sit in p̄dicamēto rel'onis. ſz opz ꝙ illa hitudo ⁊ ille respect⁹ sit fundat⁹ sup aliqō accñte. dixim⁹ enī ꝙ p̄dicamētū rel'onis est vnū de nouē p̄dicamētis accñtalib⁹. ⁊ dixim⁹ ꝙ rel'o nō hz ꝙ sit accñs rōne sue q̄dditatis. ſz rōne sui fūdamēti. ad p̄dicamētū ergo rel'onis loquēdo de tali p̄dicamēto. ꝓut phī distinxerūt p̄dicamētū nō ptinet aliq̄ habitudo nec aliq̄s respect⁹ nisi sit fundatus sup aliquo accñte. Si aūt inueniat hitudo uel respect⁹ fundatus sup ipsa ſba uel sup aliquo qō ptineat ad p̄dicamētū ſbe ex hoc sumit q̄dā modus relatiu⁹. ⁊ illud dicetur relatiuū ꝼm dici. nō aūt ꝼm eē. euū ergo si ꝓsideretur ꝙtuz ad hitudinē quā iportat sic hz quēdā modū relatiuū. ſz si ꝓsideret ꝙtuz ad id qō mēsurat sic hz quēdā modū quātitatiuū. mēsurat enī quātitatē ipsi⁹ esse euiterni. Scim⁹ enī per euū ꝙtum sit eē euiterni uel ꝙta duratio illi⁹ eē. qz scim⁹ eā ꝑpetuā eē. ſz qō mēsurat quātitatē ipsi⁹ eē euiterni. oz ꝙ illud habeat quēdā modū quātitatiuū. euū ergo quēdā modū quātitatiuū habebit. ¶ Tertio pōt cōparari euū ad ipm eē in quo fundat ⁊ sic hz quēdā modū quātitatiuuz. qz ipz eē quēdā modū q̄litatiuū hz. Si enī forma mālis qz nō pōt per se existere ſz hz esse in mā: ex hoc hz quēdā modū q̄litatiuū. ⁊ si vniuersalia que nō possūt per se existē ſz sūt in ꝑticularib⁹ iō hñt quēdā modū q̄litatiuū ipm eē qz dicit aliq̄d aliud qō nō pōt per se existere ſz existit ⁊ eēntia cui⁹ est pfectio. opz ꝙ quēdā modū q̄litatiuū hēat. ⁊ si eē hz quēdā modū q̄litatiuū. euū qō est realr ipz eē quēdā modū q̄litatiuū habebit. pz ḡ ꝙ euū est in p̄dicamēto ſbe. hz tñ modū aliox p̄dicamētox. hz euū modū relatiuū qz importat rl'onē ꝼm dici. hz ēt modū quātitatiuū qz mēsurat quātitatē durationis euiterni. hz modū q̄litatiuū qz est realr ipm eē euiterni. ꝙ est quedā q̄lificatio eēntie nō ꝙ ipm eē sit q̄litas. ſz qz hz quēdā modū q̄litatiuū ꝼm quē modū ipa forma ſbalis est quedā q̄lificatio māe. vñ in. 5. meta. dī ꝙ q̄litas dī vno mō id ꝙ qō differt ſba ipsa. ergo dīa ſbalis nō potissime sumit ex forma quedaz qualificatio dici pōt. nō ꝙ sit in predicamēto q̄litatis. ſz ꝙ hz quēdā modū qualitatiuum. ¶ Ostēso ꝙ euū ptinet ad p̄dicamētū ſbe nō obstāte ꝙ hēat quosdā modos alioz p̄dicamētoz. restat ostēdē qualr se habeat euū ad suū nūc. qō erat ēt que situ in qōne ꝓposita. possum⁹ aūt dicē ꝙ euū realiter differt a suo nūc. qō triplr pōt declarari. ꝓmo ex hīs que mēsurat. ſcdo ex suis subiectis. tertio ex p̄dicamēto ad qō reducunt. Si enī ꝓsiderem⁹ q̄d mēsurat nūc eui ⁊ q̄d euū. apparebit ꝙ nūc eui differt ab euo. Nā ut pz per dio⁹. euuz se hz ad eē sicut tps ad motū. ſz tps ita se hz ad motū ꝙ tps per se mēsurat motū. nūc aūt tpis mēsurat illud cuius mot⁹ est act⁹. i. mēsurat mobile. Nā mot⁹ est act⁹ mobilis in eo ꝙ mobile. nec opz de hoc dubitare ꝙ tps mēsuret motū ⁊ nūc tpis mēsurat illud cui⁹ act⁹ est mot⁹. Nā ⁊ phs in. 4. phi. plane hāc sniam inuit. videlz ꝙ tps mēsurat motum ⁊ nūc tpis mobile. ergo in ꝓposito ex quo euū mēsurat eē qz se hz ad eē sicut tps ad motū. opz ꝙ nūc eui mēsuret illud cui⁹ eē est act⁹. eē aūt est act⁹ existētis in eo ꝙ exñs. hz enī se suo mō eē ad exñs sicut mot⁹ ad mobile: ipsuz ergo nūc eui mēsurabit ipsū exñs ul ipsaz subaz euiterni. ⁊ qz suba euiterni est realr differēs a suo eē. iō nūc eui ⁊ euū realr differūt. ſz qui poneret eē ⁊ eēntiā differre nō re ſz intētiōe. oporteret ꝙ euū ⁊ ei⁹ nūc itētiōe differrēt. ſz ꝙ eē ⁊ eēntia realiter differāt ⁊ ꝙ sit dare mediū iter differre re ⁊ rōne. ut in qōnib⁹ nr̄is de eē ⁊ eēntia diffusius dixim⁹ ⁊ auctē etiā haberem⁹ dicē ꝙ euū ⁊ suū nūc realr differāt. ¶ Scdo hoc idē sumit ⁊ pz ꝙ euū ⁊ nūc ei⁹ realiter differāt ex suis subiectis in q̄b⁹ fūdant ⁊ est hec ratio cōpletiua ꝓme. ¶ Cauillaret enīz forte aliq̄s dicēs ꝙ diuersa realr nō habeāt mēsuras realr differētes. nā oēs colores mēsurant albo. colores enī cū sint eēntialr ⁊ ꝼm spēm differētes mēsurant vno colore. videlz albo qō est eiusdē spēi. mēsurant ergo eo dē que nō sūt eadē specie mēsurant eadē specie. sic ⁊ in ꝓposito diceret aliq̄s ꝙ suba euiterni ⁊ suū eē cuz sint realr diuersa. possunt tñ eadē re mēsurari. nūc ergo eui qō mēsurat subam ⁊ euū qō mēsurat eē poterūt vnā ⁊ eādē rē iportare. nō obstāte ꝙ suba ⁊ eē ex ꝓmūt res diuersas. ſz talis cauillatio nulla eēt. qz que mēsurant diuersa realr. ut hñt quādā anologiam uel quādā cōueniētiā possūt nō eē diuersa uel diuersa sic accepta mēsurari possunt nō diuersa ſz que mensurat diuersa ut diuersa sūt. oz ⁊ ipsas mēsuras diuersas eē ⁊ qz ipsi ſube euiterni tanꝝ ꝓa mēsura respōdet nūc eui. ⁊ ipsi eē respōdet euū. opz ꝙ nūc eui ⁊ euum que sūt ꝓe mēsure realr differētiū adiuicē realr differre. ſz ne hec rō aliquā cauillationē patiat. dicem⁹ ꝙ euū sic mēsurat esse ꝙ fundat in ipso tanꝝ in subiecto. ⁊ nūc eui sic mēsurat subam euiterni ꝙ fundat in ipsa suba tanꝝ in subiecto. ſz que hñt subiecta realr differētia opz ⁊ ipsa realr differre. Sic̄s ḡ uellet cauillare rōnez ꝓmā sumptā ex pte subiecti. qz vnū ⁊ idem ꝼm rē ⁊ ꝼm se in subiectis realr differētib⁹ eē nō poterit. imo qz euū sic fundat in eē euitni ꝙ nō dicit rez aliā ab hī⁹ suba ex quo suba ⁊ eē in euitnis ⁊ in oib⁹ creaturis realr differūt. oz nūc eui ⁊ euuz que nō dicunt res alias in ipsis euiternis ꝙ eoz subam ⁊ esse eoz realē differētiā adinuicē habere. ¶ Tertio differt euū ⁊ nunc ei⁹: si cōsideret p̄dicamētū ad qō reducunt. uel si ꝓsideret modus ꝼm quē reducunt ad p̄dicamētuz. Nā lz euū ⁊ nunc eui ptineāt ad p̄dicamētum ſube. tñ ut patuit hoc nō est eodē mō qz nunc eui ptinet ad p̄dicamētuz ſube tanꝝ hitudo fundata

in eo qō est directe in tali p̄dicamēto. Sz euū ptinet ad hi⁹ p̄dicamētuz tanq̄ hitudo fundata in ipso esse qō nō est in tali p̄dicam̄to directe sz per reductionē. dicere eni possum⁹ q̄ nūc eui magis ptinet ad p̄dicamentū sb̄e q̄ euuz. sicut sb̄a euiterni magis ptinet ad p̄dicamētū sb̄e q̄ suū eē. Nā quicq̄d est in aliquo p̄dicamēto directe magis est in p̄dicamēto illo q̄ qō est ibi per reductionē soluz. posset eni hoc mō tertio iuestigari ōzia iter euū z nūc ei⁹. qz diuersimode ptinēt uel reducunt ad p̄dicamentū in quo reponuntur.

Ad primū dicēdū q̄ eē nō aduenit per se existēti cū ipsuz exñs existat per esse. hic eni dicit exñs eēntiā habētē eē. nō eni pri⁹ itelligim⁹ q̄ aliq̄d sit exñs z postea adueniat sibi eē qz tūc existeret priusq̄ existeret. cū ipz eē actuale de quo loquimur sit ipz existere. sz cetera que sequunt eē aduenūt rei nō existēti. z iō cetera talia sūt accñtia. ipsum aūt eē accñs eē nō pōt. attñ aliquē modū accidentis hz cū eēntia eē est act⁹ nō dicit purā potētiā. ipa eni eēntia hz tm̄ de actualitate qō pōt itelligi sine eē. nō tm̄ pōt actu eē ergo nō aduēit exñti. nec fm id qō est pōt iter accñtia cōputari. hōe tm̄ ipsum eē aliquē modū accñtalē nō est incōueniēs. qz z ipsa forma mālis hz quēdā modū accñtalē cū nō possit per se existere.

¶ Ad 2m dicēdum: q̄ ex ordine sumit rō relonis. uerū est ex ordine fm se. nō aūt est uerū ex ordine ēcludente rē. Sicut eni distinguebam⁹ relonē a predicamētis alīs. qz tria p̄dicamēta. sb̄a. quātitas. z q̄litas. dicūt ipsaz rem. relo vo dicit ipm ordinē. reliqua vo sex p̄dicamēta dicūt rez sub ordine. z qz euū nō dicit ipsaz hitudinē uel ipm ordinē solū. sz dicit rem ipsam qz dicit ipm eē cū quadā hitudine. iō ad p̄dicamētuz relonis ptinere nō pōt. lz eni ei cōpetat modus aliqs relonis. uel possum⁹ dicere z meli⁹ q̄ ex ordine sumitur p̄dicamētū relonis. uerū est ex ordine fundato super aliquo accñte. cū ipm p̄dicamētū relonis sit vnū de nouē p̄dicamētis accñtalib⁹. sz euū nō dicit hitudinē fundatā sup aliquo accñte sz sup eē qō est in p̄dicamēto sb̄e. ꝓpter qō apparet q̄ euū nō solū nō pertinet ad p̄dicam aliqō. 6. p̄dicamētoz dicētiū rē sub ordine. qz res illa sub ordine q̄ dicūt illa sex p̄dicamēta cū sint accñtalia. semp est aliqō accñs. euū aūt nō dicē accñtalē sub ordine. sz dicit eē cū quadā hitudine. z qz eē est in p̄dicamēto sb̄e. opz euū in tali p̄dicamēto reponi. ¶ Ad 3m dicēdū: q̄ euū se hz ad euiterna sicut tps ad tpalia. uel possum⁹ loqui de euo sicut loquimur de tpe est sicut z nō sicut. sic est eni euū mēsura euiternoz: sicut tps tpaliū. nō tm̄ est istud sicut per oēm modū. qz tps fundat in aliquo accñte. sz euū fundat sup eē qō est in p̄dicamēto sb̄e. ꝓpter qō nō ualet q̄ si tps ponit in aliquo p̄dicamēto accñtali cū fundamentū ei⁹ sit accñs q̄ euū possit in aliq̄ p̄dicamēto accñtali reponi. ¶ Ad 4m dicēdū: q̄ lz tps possit dici passio mot⁹ tm̄ euuz nō posset dici passio ipsius eē. Nā ad hoc q̄ aliq̄d sit passio alic⁹ oz q̄ illō sit accñs z q̄ seq̄tur illō. z iō qō nō est accñs q̄tūcūq̄ sequat aliō uel fundet in alio nō dicet passio ei⁹. tps ergo cū fundet in accñte. opz q̄ sit accñs z qz itellect⁹ tpis se quit itellectū mot⁹. habebit se tps ad motū quasi passio ad sb̄m. sed opz ibi large loq̄ de passiōe cū nullaz rez addat tps supza motū. euū ergo qz nō est accidēs imo est in p̄dicamēto sb̄e cū nullā rē addat supza eē euitni qō est in tali p̄dicamēto. iō nullaten⁹ passio eē poterit. ¶ Ad 5m dicēdū: q̄ illō per qō certificamur de quātitate rei opz q̄ habeat quēdā modū quātitatiuū. sz nō oz q̄ sit in p̄dicam̄to quātitatis z potissime si quātitas illa que mēsurat per talē mēsuram non sit quātitas fm eē sz fm dici. sic aūt est in ꝓposito. euuz aūt qō mēsurat quātitatē durationis angelice oz q̄ habeat quēdā modū quātitatiuū. nō tm̄ opz q̄ ꝓpt hoc sit in gñe quātitatis maxime cū talis quātitas durationis nō sit quātitas fm eē sz fm dici. imaginabimur eni q̄ eē habeat quādā quātitatē durationis maiorez uel minorē fm q̄ magis uel min⁹ dat. sz hi⁹ quātitas durationis nō est nisi qdā modus eēndi ea que hñt eē eternū durāt ppetuo. que aūt nō hñt eē eternū durāt in eē mai⁹ uel min⁹ fm exigētiam sue eēntie uel nāe. hñtis eē. ita q̄ vnūqō qz taliū mēsurat sua ꝓpria duratio. talis aūt quātitas durationis maioz uel minoz nulla rē addit supza ipm eē. sz solū exprimit quēdā modū eēndi ꝓpt qō nō pōt eē quātitas fz eē nec fm id qō pōt eē in p̄dicamēto quātitatis. qz tūc ipz eē eēt in p̄dicamēto quātitatis. sz solū erit quātitas fz dici. uel solū erit ibi qdā modus q̄titatiu⁹: qz ipsi eē z alijs reb⁹ a quātitate pōt cōpetē. sic aūt ptinē euū ad quātitatē qz sit q̄titas fz dici. ul qz ipsum quēdā modū quātitatiuū in ꝓncipali solone ꝓcessim⁹. ¶ Ad 6m dm: q̄ euū ptinet tps nō q̄titatie qz sit q̄titas circūdās sz iuariabiliter assistēs. est eni euū z erit cū toto tpe. z ēt erit qñ desinet eē tps nō q̄ ipz euū ꝓtēdat successiue sic ꝓtēdit tps z nec q̄ hēat ptē post ptē sicut hz tps. sz qz iuariabiliter stās durat q̄diu durat tps. z durabit cū cessabit motꝰ p̄mi mobilis: z per ꝓns durabit qñ cessabit tps. z qz erit euū post q̄ desinet eē tps. iō ipz dī ptinē. sz ꝓpter hoc nō arguit q̄ sit quātitas. sz q̄ habeat quēdā modū quātitatiuū. ¶ Ad 7m dōz q̄ aliq̄d trāsferri de vno ad aliō pōt eē fm se ul fz ipōnē nois. fz se eni siue fm id q̄ res est lux repit ꝑ in spūalib⁹ q̄ in corpalib⁹. Nā cū nomē lucis ab elucidādo z declarādo siue a mānifestādo sit positū. hoc ꝑ repit in sb̄ys sepatis q̄ in istis corpalib⁹ qz illa sūt mānifestissima in nā ut pōt patē ex. 2. meta. sz forte q̄tū ad ipōnē nois qz nobis ꝑ nō sūt ista corpalia nomē lucis a corpalib⁹ trāslatū est ad spūalia. sic z in ꝓposito dici pōt ut q̄tū ad id qō iptat mēsura ul q̄tū ad id qō ē certificari magis repit in euitnis q̄ in istis corpalib⁹. illa eni euitna z si nō sūt certiora nob tm̄ fm nāz maiorē certitudinem dāt de seipis p̄ea que hñt in seipis q̄ ista corpalia. nomē g mēsure repit ꝑ in q̄titate q̄ in euitnis q̄tū ad ipōnē nois: tm̄ in ipis euitnis pri⁹ z nobiliori mō repit rō mēsure. sz ꝓpt tale pri⁹ repiri. nō repit q̄ mēsura que est in euitnis sit in gñe q̄titatis. dato tm̄ q̄ fz reivitatē trāslatū eēt nomē mēsure ad q̄titatē discretā ad euū. nō tm̄ ꝓpt hoc optēt q̄ euū eēt in p̄nto q̄titatis. qz vo oia q̄ trāsferunt rōe mēsure sūt in tali p̄nto.

¶ Ad id aūt qō ulteri⁹ q̄rebat utrz euū sit idē q̄ suū nūc. pz q̄ nō. ꝓ qō soluēda sit argta ꝓcludētia oppm.

Ad primū g in ordiū fcm dōz: q̄ in simplicib⁹ est idē eēntia z eē. uerz est in oino simplicib⁹. ꝓpt qō in deo in q̄ est sūma vnitas q̄ est sūme simplex. ubi nlla ē cōpō realr idē est eē z eēntia. sz euitna nō sūt oio simplia. iō in eis differt eēntia z eē.

¶ Dcm aūt auic. pt saluari ut sit dcm p q̄dā cōpationē. nā i ipis simplicib⁹ nō ita differt eē z eēna. sic i rebus corpalib⁹. nā eēna rerz corpaliū qz hñt i se māz q̄ de se ē pō pura. ualde differt ab eē q̄ ipe act⁹. sz i euitnis ubi nihil pōle pōim⁹ nō ita differt eēna z eē. i simplicib⁹ g idē est eēna z eē. i. nō hz tātā ōziaz. ul si accipiat oio simpr uerz ē q̄ dī. sz sic simplia nō sūt euitna ꝓpt qō differt in eis eēna z eē z nūs eui z euū. ¶ Ad 2m dōz: q̄ est idē in toto aliq̄ mēsurat nūc illi⁹ mēsure uerz est de hys q̄ mēsurant mēsura successiua. Nā ea

que fluūt uel ipse fluxus mēsurant tempore: idē autē qō manet in toto fluxu mensurat nunc temporis. sed nō est ueruz in mēsura permanente. Nō est ergo per se differētia inter mēsurā ⁊ nunc mensure. q mēsura mēsuret id qō nō manet ⁊ nunc mensuret qō manet. qz in mēsura permanente tā mensura q̄ nūc mensure mēsurat id qō manet. Sed per se ꝺ̄ia inter mēsurā ⁊ nūc est. qz mēsura mensurat actū. sed nūc mēsurat qō intelligit subꝯci ipsi mēsure. tps mēsurat motū. nunc tpis mēsurat mobile qō sb̄sternit motui. ⁊ euum mē surat eē euiterni. nūc eiꝰ mēsurat sb̄am illi eē substra ctā. ¶ Ad 3m dicēdū: q eē tpaliū mēsurat nūc tpis. qz illō eē nō hz eē eternū iō hz ꝓpria mēsurā. nō eni eē euiternoz pōt mēsurari tpe nūc aūt tpis. siue non sit q̄d fluxibile sz hz suā ꝓpriā mēsurā. sz qñ actus hz suā mēsurā ei tūc illō qō substernit illi actui mēsurat nūc illiꝰ mēsure. Si ḡ euū mēsurat eē euiterni nūc il lius mēsurabit sb̄az substractā illi eē. nō ergo nūc eui ⁊ euū. ¶ Ad 4m dicēdum: q nūc mēsure respondet ipsi indiuisibili. uerū est in mensura successiua ⁊ hñte partē ⁊ partē. Sed in mēsura que est tota sil̄ nō hñte ptē ⁊ ptē tā mēsura q̄ nūc eiꝰ mēsurat q̄d idiuisibile. in tali mēsura nō est ꝺ̄ia int̄ mēsurā ⁊ nūc eiꝰ. qz vnū mēsurat diuisibile. ⁊ aliō idiuisibile. sz qz vnū mēsu rat actū ut ipz euū. aliō vo mēsurat qō sb̄sternit actui ut nūc eui. ¶ Ad 5m ꝺ̄z: q in euo nō est plus q̄ vnū ist̄ās. nec tñ ualet q euū dicat plus q̄ illud inst̄ās. nec ualet q ꝓprie dicat tātū qz nō sūt oia cōparabilia. vñ nec ꝓpe dicit euū plus q̄ suū nūc nec ꝓpe dicit tm̄. sz dicit aliud. ul̄ si dicit tātū. i. durationē tātā q tātū dura bit euū euitni q̄tuz ⁊ suū nūc. hoc tñ ē alio mō. qz ali ter cōpetit duratio ipsi esse euiterni ⁊ alr sb̄e eiꝰ. esse euū euiterni cōpetit durationi tanq̄ ei q est actꝰ sb̄e. sz sb̄e cōpetit duratio tanq̄ ei qō subꝯcit ipsi eē. Si ergo est ibi tātū ⁊ tātū ⁊ si est ibi aliq̄ eq̄litas durati onis. hoc nō erit eodē modo. ꝓpter qō nō erit idem euū ⁊ suū nūc. ¶ Ad sextū dicēdū: q si duo idiuisibi lia sūt sil̄ fiūt vnū idiuisibile. uerū est in eodē ꝓtinuo. sz nō eēt uerū in diuerso ꝓtinuo. ut si due linee ꝓtiguē tur. erūt ibi duo pūcta sil̄. Rursus cū ꝺ̄z q duo idiui sibilia sint sil̄ faciūt vnū idiuisibile. opz q illa duo idi uisibilia sint eiusdē rōnis. utrū qz aūt deficit in ꝓposi to. Nā in ipso euitno nō est ꝓtinuitas. Rursus euū ⁊ nūc eui nō sūt eiusdē rōnis. qz vnū dicit actū. uel dicit aliq̄d fundatuz sup actū. aliud non dicit aliq̄d funda tum sup id qō est substractū actui. ¶ Ad 7m dicen duz: q exñs dicit sb̄am habētē eē. mēsurare ḡ existēs pōt eē duplr. uel rōne sue sb̄e: uel rōe sui eē. euū ergo ⁊ nūc eiꝰ sūt idiuisibilia. sz nō eiusdē rōnis ut dictum est. Rursus euū ⁊ nūc eiꝰ sūt mēsura existētis. alr tñ ⁊ aliter. nā euū est mēsura existētis mēsurādo eē: nunc aūt eui est mēsura existētis per se ⁊ ꝓmo mēsurādo sb̄am. non ergo est idem euū q nunc eius.

Exto querit Utrū nūc eui ⁊ tpis diffe rāt realr. ⁊ vi q sic qz sb̄m eui est q̄d uariabile. sb̄m tpis q̄d uariabile. sz si cor ruptibile ⁊ incorruptibile nō possunt eē idem realr qz differūt gñe. uariabile ⁊ iuariabile idē realr eē nō po terūt. ¶ ꝓ. sicut se hz euum ad tps. ita nūc vniꝰ ad nūc alteriꝰ. sz euū ⁊ tps differt realr. ḡ tc. ¶ ꝓ. nūc eui fundat in ipa sb̄a que est id qō subꝯcit ipsi eē. nūc tpis fundat in ipso quāto. qz fundat in mobili. nō mo uet aūt nisi q est q̄tuz ⁊ diuisibile. cum igit quātitas nō sit idē realr cū ipsa sb̄a nec nūc tpis erit idē realr qō nūc eui. ¶ ꝓ. sublato tpe ⁊ nunc tpis adhuc pōt remanere euū ⁊ nūc eui. nā celū ut est mobile mēsu rat tps uel nūc tpis. ut est existēs mēsurat euo ul̄ nūc eui. sz cū celū desinet moueri nō erit ampliꝰ in eo tps ⁊ per ꝓns nō erit ibi ampliꝰ nūc tpis qō satis pōt hīi ex. 4. phīc. si nō erit tps nō erit nūc tpis. nec ecōuer so. ⁊ ēt si nō erit motꝰ nō erit tps. cessante ergo mo tu primi mobilis. nō erit tps nec nūc tpis. nihilomi nus tñ erit in ipso celo euū ⁊ nūc eiꝰ. cōpetet eni celo q̄ sit existēs postq̄ desinet moueri. nō ergo sūt idē re aliter nūc tpis ⁊ nūc eui cū vnū possit eē nō existēte altero. ¶ ꝓ. diuersoz terminatoz diuersi sūt termi ni. sz euū ⁊ tps sūt diuersa terminata realr. ergo nunc eui ⁊ nunc tpis que sunt eoz termini realr differrēt. ¶ ꝓ. alia est rō celi ut est substantia. qz hoc vi ptī nere ad cōsiderationē metaphisicā. ⁊ alia ut est mobi le qz hoc vi ptinere ad cōsideration̄ nālem. ergo ha bebit oino aliā mēsurā realr. sic ⁊ sic accepit celū. et per ꝓns habebit aliud ⁊ aliud nunc realr differentia. ¶ ꝓ. metaphisica ⁊ nālis phia sūt diuerse sciētie re aliter. ergo hec que ptinēt ad ꝓsideration̄ eaz ut vi sūt realr ꝺ̄ia. sz ut dictum est ꝓsiderare de celo ut est mobile ⁊ ut est in eo tps ⁊ nūc tpis magis vi ptinere ad ꝓsideration̄ nālem. cōsiderare aūt de eo ut est exi stēs ⁊ ut est in eo euū ⁊ nūc eui magis ptinet ad cōsi deration̄ metaphisicā. ergo realr differūt in celo exi stere ⁊ moueri ⁊ tempus ⁊ euū ⁊ nūc tpis ⁊ nūc eui. ¶ ꝓ. nūc eui manet idē ꝑm rē ⁊ ꝑm rōnez. nūc tpis nō manet idē ꝑm rē ⁊ ꝑm rōnez. ergo nō est idē realr hoc ⁊ illud. ¶ Jn ꝓtrariū est q idē est sortes qui est exñs ⁊ currēs. ergo idē est realr celū qō est exñs ⁊ qō mouet. sz ut est existēs fūdat in eo nūc eui. put moue tur fūdat in eo nūc tpis. ergo idē est realr hoc ⁊ illō. ¶ ꝓ. pls differt nūc qō est in vna pte motꝰ a nūc qō est in alia parte motus. q̄ nūc tpis a nūc eui: qz nunc qō est in vna parte motꝰ nō est sil̄ cū nūc eui. cū ergo nūc qō est in vna pte motꝰ uel in vna pte tpis. qz nūc est vnū nūc realr in toto motu uel tpe ut pōt patē ex 4. phīc. multomagis nō differt realr nūc eui a nūc tpis

Rñdeo ꝺ̄cēdū q cū querit utrū sit idē ꝑm rez nūc tpis ⁊ nūc eui nō ē itelligēdū in di uersis. ut si accipiat nūc tpis in vno euiterno ⁊ nunc eui in alio. certū est q illa differūt realr. ꝺ̄icimꝰ aūt si accipiat nūc tpis in vno euiterno ⁊ nūc eui in alio qz tā nūc eui q̄ nūc tpis nō nisi in euiternis eē pōt. Nā in re tpali nō est nūc tpis. qz nūc tpis in tali re eē pōt ut infra in ꝓsequēdo clariꝰ apparebit. Sz in eodē eui terno q̄liē hec se habeāt inuestigare ꝓpoſuimꝰ. ⁊ qz in nata est nobis via ex sensibilibꝰ ⁊ corporalibꝰ ꝓcedē in itelligibilia ⁊ spūalia. iō cū celū sit q̄d corporale ⁊ sit exñs ⁊ sit q̄d mobile ⁊ ut existēs est in eo euum ⁊ nūc eui. ut q̄d mobile est in eo tps ⁊ nūc tpis. Et ex hīs que videbimꝰ in celo ascēdemꝰ ad ipsas sb̄as se paratas quō hec duo nūc ibi se habēt. ꝓpt qō sciēdū q nūc eui ad tria vi cōparari. videlz ad ibaz. ad eē. ⁊ ad ꝑmanētiā. Cōparat ergo primo nūc eui ad ipsam sb̄am. qz sicut euū fundat in ipo eē. ita nūc eui fundat in ipsa sb̄a. Cōparat scḋo nūc eui ad ipm eē. Nā cum nūc eui habeat per se cōparationē ad euū ⁊ euum sit idē realiter qō eē euiterni. opz q nūc eui habeat per se aliquā cōparationē ad esse euiterni. Tertio cōpa rat nūc eui ad ipaz ꝑmanētiā. qz nūc eui nō fundatur in qualibet sb̄a sz in sb̄a stante ⁊ ꝑmanēte. Ex hīs au tem ex parte. s. substātie. ⁊ etiam ex parte ꝑmanentie oriuntur dubitationes ⁊ ex parte etiam ipsius esse. q̄ non sit idem realiter nunc eui ⁊ nunc temporis. nam si nūc eui fundat in sb̄a qz nūc tēporis videtur fundari in quātitate. ideo ut videt ex parte ipsiꝰ sb̄e

in qua fundat nūc eui sufficiēter ꝓcludit ꝙ nō sit idē nūc eui realiter ꝙ nūc tpis qō videt fundari in quātitate. qō aūt nūc tpis fundat in quātitate ex hoc psuaderi pōt ꝙ nō mouet nisi partibile. cū ergo oē partibile fm ꝙ hi⁹ sit ꝙtū: si fūdat in motu ⁊ nūc tēporis in eo qō mouet. ⁊ id qō mouet est ꝙtuꝫ videt nūc tēporis in quātitate fundari. Scōa difficultas orit ex ipsa pmanētia. qz si nūc eui fundat in re pmanēte. nūc tpis in re fluēte nō vi idē realr hoc ⁊ illō. ¶ Tertia q̄dē difficltas poterit oriri ex ipso eē. qz nūc eui hꝫ p se cōpationē ad euū ⁊ per ꝓns ad eē. nūc aūt tpis hꝫ per se cōpationē ad tps ⁊ per ꝓns ad motū. qz nō sūt idē realit eē ⁊ mot⁹. vi oīno eē dicēdū illa duo nunc realē adiuicē hīe dīaz. uolum⁹ ergo hȳs tribus vȳs ex qb⁹ difficultas orit declarare ꝙ nō differūt realr nūc eui ⁊ tpis. oñdem⁹ eni hoc ex parte ſbe ⁊ ex pte pmanētie ⁊ ex pte ipsius eē. Substātia q̄dē ꝙtuꝫ ad ꝓsens spectat triplr pōt ꝓsiderari. Primo ut in ea fundat nūc. Scōo ut ꝓsiderat fm se. Tertio ut cōparat ad accidētia. triplr aūt oñdem⁹ illa nūc nō differre realr. Primo per ea que dicunt de ipso nunc tpis. Scōo per ea que dicunt de ipsa ſba. Tertio per ea que dicunt de ipsis accñtib⁹. ¶ Propt primū sciēdū ꝙ de nūc tpis ꝙtū ad ꝓsens spectat tria dicunt. quorū vnū est ꝙ nūc tpis manet idē fz rē in toto tpe. oīs fert aūt fm rōnez. ut pōt patere ex. 4. phīc. Scōo dī de nūc tpis. ꝙ fluēs facit tps. ut pz per boetiū in lībo de trinitate. qui dat dīam iter nūc tpis ⁊ nūc eternitatis. dicēs ꝙ nūc currēs facit tps. nūc stās facit eternitatē. Tertio dī de nūc siue de ipso instāti qō nō hꝫ spatiū. ut pōt patere per aug⁹ in li⁹ cōfes. hȳs ḡ tribus vȳs ex parte ipsius nūc ostēdem⁹ ꝙ nūc tpis fūdat in ipsa ſba. ¶ Prima via sic pz. Nā aliter loquē dū est de eē successiuoꝝ ⁊ de eē pmanētiū. Nā pmanētia hīt eē ex siltate partiū. eē aūt successiuoꝝ non in siltate partiū. fꝫ in ordine partiū. nihil est enī de successiuis nisi idē illud in quo fundat ordo partiū successiuoꝝ ut de motu nulla pars est. fꝫ ꝓ tāto dī motus eē. qz est illud in qō fundat actualr ordo partium mot⁹. ⁊ de tpe nulla ps est. qz qō est ꝓteritū tā nō est. qō est futurū nō dū est. nulla est ḡ pars tpis: fꝫ solū est de tpe ipsuꝫ nūc in quo fundat ordo ptiū tpis. illud aūt in quo fūdat ordo partiū successiuoꝝ opz eē aliquo mō pmanēs ⁊ aliquo mō successiuū. qz si eēt per oēm modū pmanēs: nō posset in eo fūdari ordo partiū successiui. qz in pmanēte ut pmanēs est nō fundat successio. Rursus si illud in quo fundat ordo partiuꝫ successiuoꝝ eēt per oēm modū successiuum haberet partē ⁊ partē. qz nō est successio nisi qz pars succedit parti. ⁊ etiā eē ei⁹ nō esset in siltate partiū fꝫ in ordine partiū. oporteret ḡ respectu illi⁹ successiui dare aliq̄d aliud in quo fundet ordo partiū ei⁹. tūc querat de illo alio utrū sit simplr ⁊ per oēm modū successiuū. et utrū sit successiuū nō solū fm rōnē fꝫ ēt fm rez. qz si sic oportebit dare aliq̄d in quo fundet ordo partium ei⁹. nō est aūt abire in ifinitū. illud ḡ in quo fundat ordo partiū successiui nō est per oēm modū successiuū. nec per oēm modū pmanēs. uel est aliquo mō manēs uel est aliquo mō nō manēs. qz est manēs fm rem nō aūt fm rōnem. ꝓpt qō plane dicit phs de ipso nūc in quo fundat ordo partiū tpis qō est idē in toto tpe fꝫ rē. nō idē aūt fm rōnem. nihil est enim aliud fluxus: siue illud tēpus sit motus: siue sit fluxus siue quodlibet aliud nisi successio vni⁹ ⁊ eiusdē fm rē. nō eiusdē aūt fm rōnē. in illo aūt sic vno fundat ordo partium successionis. sic enim dicimus eē aliq̄ successiua uel eē successiue aliq̄ qñ vnū ⁊ idē qō ꝓmū erat sub hītudine vna postea est sub hītudine alia. ⁊ qz vnū aliq̄d est vnū ⁊ idē iō dī manere fm rē. qz vo hꝫ aliā ⁊ aliā habitudinē iō dī nō manere fm rōnē. hoc ergo dicem⁹ esse ipsuꝫ nūc aliq̄d qō fluit ⁊ qō manet vnū ⁊ idē fꝫ rem nō aūt fm rōnez. hoc aūt nō est nisi ipsum mobile. uel id qō per se mouet. vñ ⁊ phs in. 4. phīc. cōparat nūc tpis ad illud qō mouet. sicut tps ad motuꝫ. ⁊ qō tps nullā rē addit supza motū. fꝫ est realr ipse motus nūc tpis nullā rē addit supza id qō per se mouet. Sꝫ est idem realiter ꝙ per se mouetur. id autem qō per se mouetur non est ipa quantitas nec est aliqō accidens. qz que nō hñt per se eē nec fm nature cursum pfit hīe per se eē nō debēt dici per se moueri. qō enīz nō hꝫ per se eē nō mouet nisi moto eo in quo est. qcq̄d aūt est tale nō mouet per se fꝫ per accñs. Nam ꝙ pōt hīe eē per se si mouet in alio dato ꝙ illud sit cāre aliud moueat nō dī moueri per se fꝫ per accidens ut si hō existeret in naui dato ꝙ nō moueret nauis nisi haberet in se hoiez exñtē: nihilomin⁹ tñ qz nō mouet hō nisi mota naui nō dī moueri per se fꝫ per accidēs. Si ergo tps est realr ipse mot⁹. nūc erit illud qō per se mouet ⁊ qō p se subȳcit motui. hoc aūt nō est aliqō accidēs. qz ut dictū est nullū accidēs per se mouet. nec pōt per nāe cursū accñs moueri: sed ipsa ſba ꝑmi mobilis. ⁊ qz illa est idē realr qō nūc eui. idē erit realr ⁊ nūc tpis. tñ fm rōnem ⁊ fm aliū ⁊ aliū modū se habēdi ualde est magna dīa inter ea. ¶ Scōo dī de nūc tpis ꝙ fluēs facit tēpus. hoc aūt appellamus nūc tpiſ qō per se est cā ⁊ ꝓncipiū tpis. ⁊ qz nūc fundat in motu ⁊ est idē realr qō ipse mot⁹. illud fluēs facit tps ⁊ erit per se et ꝓmo ꝓncipiū tpis qō est per se ⁊ ꝓmo ꝓncipiū motus. hec aūt est ipsa ſba siue ipsa nā. nō aūt quātitaſ nec aliqō aliud accñs. ipsa eni natura sic diffinit in. 3. phīc. ꝙ est ꝓncipiū mot⁹ ⁊ qētis per se ⁊ ꝑmo ⁊ nō fm accñs. qō nō cōpetit alicui alij nec ſbe. ipsum ergo nūc qō est per se ⁊ ꝓmo ꝓncipiū tpis. ⁊ qō fluēs facit tps erit idem realr qō ipsa ſba ꝓmi mobilis que hꝫ eē motus qui est idē realr qō tēp⁹. ⁊ qz ipsuꝫ nūc eui est idē realr qō ſba. nūc eui ⁊ nūc tpis vnā ⁊ eādē rē iportāt fm habitudinē aliā ⁊ aliā. ¶ Tertio dī de nūc tpiſ ꝙ est quid idiuisibile Nā hꝫ respectu moueri ⁊ respectu tēporis oporteat dare diuisibilitatē aliq̄ ⁊ hoc cōpetat toti respectu ptiuꝫ. qz oē qō mouet parti est in termino a quo ⁊ partim in termino ad quē. tñ respectu ipsius nūc ⁊ respectu sui mutati eē opz dare quādā idiuisibilitatē. qz ex hoc cōpetit alicui eē in nūc ⁊ eē in mutato eē. put fꝫ se totū ⁊ fm quādā idiuisibilitatē cōparat ad aliq̄d. ideo ipsa nūc ⁊ ipsa mutata eē dicūt indiuisibilia: ipsū aūt tēpus ⁊ ipsū moueri dī diuisibile. Indiuisibilitas ergo magis se tenet ex parte nunc ⁊ ex parte mutati esse. diuisibilitas autē magis ex parte tpis ⁊ ex parte moueri. Si ḡ ipsū moueri nō cōpetit per se quatitati ꝙ magis de se quādā diuisionē iportat. Sꝫ hoc dicimus per se cōpetere ipsi ſbe nūc tpis qō de se quādā indiuisibilitatē dicit. sicut ipsuꝫ mutatū eē multomagis nō erit idē realr q̄ qō ipsa quātitas. fꝫ erit idē realiter qō ipa ſba. si eni ipsuꝫ moueri in quo fundat tps qō est quid diuisibile dicim⁹ per se cōpetere ipsi ſbe nūc tēporis qō dicit quādā idiuisibilitatē est ad ſbaz referēdū. dixim⁹ aūt ꝙ nūc tpis ⁊ mutatū esse dicunt q̄d idiuisibile. mot⁹ aūt ⁊ tēpus dicūt q̄d idiuisibile. qō nūc sic itelligēdū est ꝙ nūc tpis ⁊ mutatuꝫ eē sint idē ita realr sicut tēpus ⁊ mot⁹. ipsum eni mutatū eē nō debet dici simpliciter ipsum nūc tēporis. hꝫ possit

dici eē illud. Dicem⁹ enīz q ſba primi mobilis dī esse aliud ⁊ aliud nūc ſm q est ſba alio ⁊ alio mutato eē. ipsum ergo mutatuz eē simplr ⁊ principalr nō meret dici nūc: ſz hī⁹ nūc est ſba ꝑmi mobiliſ. aliquo tñ mō ipsa mutata esse merent dici nūc: ut diffusius patebit in questione illa. utruz tps qō mensurat operationes angelicas ex istātibus cōponant. cū ergo queriť utrū nūc tpis sit idē realr qō nūc eui nō est questio de ipsiſ mutatis eē que nō hñt rōnē nūc nisi ſm qd ⁊ quodā mō. Sz questio est de eo qō primo ⁊ ꝑncipalr meret dici nūc. de quo dicit phs in. 4. phīc. q est vnū ſm rē in toto tpe. q de ipsis mutatis eē nō pōt intelligi. qz ipsa mutata eē nō solū ſm rōnez ſz ēt ſm rē sūt alia ⁊ alia ſm alias ⁊ alias ptes mot⁹. de hoc ēt nūc loquit boeti⁹ in auct. ꝑallega. q currēs ⁊ fluēs facit tps. qō nō pōt itelligi de ipsis mutatis eē. ipsa mutata eē nō currūt nec fluūt ſz sūt termini fluxꝰ siue cursus. termi aūt mot⁹ nō mouent. ut ꝓbat in. 9. phīc. loquendo ģ de nūc ut de eo loquit phs. q est vnū ⁊ idē realr in toto motu. ⁊ ut de eo loquit boeti⁹. q nostrū nūc quasi currēs facit tps tale nūc nō est nisi ipsa ſba primi mobilis qō dī eē nostrū. qz ſm cōꝛp⁹ ei subiecti sumus. cū ergo illa ſba ꝑmi mobil sit idē qō nūc eui. ꝑz realiter idē esse nūc tpis ⁊ nunc eui. ¶ Habito quō per ea que dicunt de ipso nūc ꝓbare possum⁹ idē eē realiter nūc tpis qō nūc eui. uolum⁹ hoc idē ondere per ea que dicunt de ipsa ſba in qua fūdat hī⁹ nūc. dī enīz in ꝑdicamētis de ipsa ſba q hoc est maxime ꝓꝑ suz ſbe q cū vna ⁊ eadē sit nūero per sui mutationē susceptibil est ōrioꝛ. addit aūt ibi phs per sui mutationē ꝓpter opinionē q vna ⁊ eadez opinio numero vī ōria suscipe. qz nūc pōt eē uera nūc fla ut fiq opinat sortē sedē. eo sedēte uera erit. eo aūt surgēte eadez opinio nūero fla erit. Sz hoc est si in aliq mutatiōe opinionis ſz solū ex mutatiōe exterioris rei. per sui aūt mutationē ōria suscipe est maxime ꝓꝑ suz ipsi ſbe. addit aūt ibi simplici⁹ in cōmēto sup ꝑdicamēta. q hoc est itelligendū per se. q ergo sit ꝓꝑ suz ſbe suscipe ōria tria sunt ibi attendēda. q sit vna numero. q sit per sui mutationē. ⁊ q sit per se. nulla eni res vna ⁊ eadē numero per sui mutationē ⁊ per se est susceptibil ōrioꝛ nisi ſba. Inuenim⁹ eni rē aliquā susceptiuā ōrioꝛ sed nō vna ⁊ eadē numero ut colores. coloꝛ eniz suscipit ōrias dīas. ⁊ qlibet gen⁹ ōrias dīas suscipit. gen⁹ eni dicit ⁊ dīa dicit. attñ in ipso genere tanq̄ in potētia fūdat uel suscipiunt ōrij act⁹ siue ꝓtrarie dīe. ut in colore si suscipiat ꝓgregatiuū erit coloꝛ nigri. Si disgregatiuuz erit coloꝛ ōrius ut albū. coloꝛ ergo est capax ⁊ susceptibil ōrioꝛ. ut disgregatiui ⁊ ꝓgregatiui ⁊ albi ⁊ nigri. ſz nō est idē coloꝛ numero qui est albus ⁊ niger. ſz est idē gñe. Inuenim⁹ ēt rē aliq̄ eadez numero suscipe ōria ſz hoc est sine sui mutatiōe ut ea dē opinio sine sui mutatiōe susceptiua est ueritatis et falsitatis inuenim⁹ tertiū vnam ⁊ eadē ēt numero ut simplici⁹ ponit exēplū sine sui mutatiōe suscipe ōria. utputa si eadē superficies nūc sit alba nūc nigra. ſz hoc est per accñs. qz per se moueri ⁊ per se alterari cōpetit ſbe ⁊ nō accñtib⁹. fozme eni ꝓtingētes. i. aduenientes cōpōni. i. rei cōposite cuiusmodi sūt fozme accidētales simplici ⁊ ūuariabili eēntia ꝓsistūt. eē ģ rē aliquā susceptiuā ōrioꝛ. ſz oīa hec tria q sit eadem res nūero: ⁊ q hoc sit per sui mutationē. ⁊ q hoc sit per se soli ſbe cōpetit. ⁊ qz hoc dicit nūc illō qō per se per sui mutationē manēs idē nūero suscipit ōria. cū hoc cōpetat soli ſbe ipsa ſba dicet hī⁹ nūc. ¶ Aduertēduz aūt ſm cōmē. in li⁹ meta. prima ꝓtrarietas est in situ. ⁊ ex ꝓtrarietate illa sumpte sūt ōrietates alie. loquendo ergo large de ꝓtrarietate ſm ea que nō possunt sil eē in eodē ſbo dicunt aliquo mō ꝓtrarietatez habere. dicemus q eoipso q ſba celi nō pōt eē simul sub oībus suis ubi. ſz est successiue sub eis est ibi aliquis modus ōrietatis. lz ꝓꝑie in celo nō sit ꝓtrarietas. ⁊ qz eē sit sub alio ⁊ alio ubi vnū ⁊ idem numero per sui mutationē loquēdo per se cōpetit ipsi ſbe celi ideo ipsa ſba celi hz rōnez nūc qz hoc itelligim⁹ noie ipsi⁹ nūc. rē videlicet illā que hz istas ꝓditiōes respectu primi mobilis siue motus. ¶ Ostēso quō per ea que dicunt de nūc qō fūdat in ipa ſba ⁊ per ea que dicunt de ipsa ſba opz nos ponere q ſba primi mobiliſ sit idē realr qō ipsuz nūc tpis: ⁊ per ꝓns q idē sit nūc tpis qō nunc eui. restat hoc ꝙdē declarare per ea que dicunt de ipsis accñtib⁹. dī eni de accidentib⁹ q sunt inuariabilia ⁊ q magis sūt termini trāsmutatiōis q̄ sit illō qō trāsmutat. cū ergo nūc tpis sit illō qō fluit ⁊ qō trāsmutat. nullū accñs loquēdo simplr ⁊ ꝑe poterit dici nūc tpis. ſz ipa ſba ꝑmi mobilis erit hī⁹ nūc nō negam⁹ tñ ut dicem⁹ inferius quin ipsa mutata eē aliquo mō possit dici nūc. Sz nō pōt dici nūc primo ⁊ principalr. nec ut dixim⁹ mutata eē pōt dici nūc. ut de nūc loquit phs q manet idē realr in toto tpe. nec sunt nūc ut loquit boeti⁹ de nūc. q currēs facit tps. ⁊ ipsa ſba primi mobil ꝓꝑie ⁊ principalr est ipsuz nūc tpis. cū sepe ⁊ sepi⁹ dictū sit q ipsa ſba sit idē qō nūc eui realiter. erit ergo idem nūc hoc qō illud realiter. ¶ Patet ergo prima via que iplicat multas vias. vi delz quō ex ipsa ſba ꝓcludi pōt q idē sit realr nūc tēporis ⁊ nūc eui. ꝑz eni hoc tā ex ipsa ſba qō ꝓut in ea fundat nūc q̄ ex ipsa ſba ſm se. q̄ ēt ex ipsis accidentib⁹ que a ſba differūt. uerū qō itellect⁹ hois nō quiescit ⁊ qz ꝓtra ꝑdicta magis multiplr arguit vñ sic hz obiecta ꝓtra ia dicta aliqliter declarare. Supposuim⁹ eni q ꝓtinuatiuū tpis sit aliqd extra tps. qz ita nō ꝓtinuat linea. Nō eni sic linea hz aliq itriseca sibi qz hz pūcta que saltē per reductionē sūt in eodē gñe cū linea. tps tñ ut dicebam⁹ nō hz ꝓtinuatiuā que sit in eodē gñe cū tpe. Dicebam⁹ eni q tps hz cōtinuitatē a motu. mot⁹ aūt a mobile: mobile aūt nō est in eodē genere cū ipso motu. est ergo ꝓtinuatiuū motuſ ⁊ per ꝓns tpis q non est in eodē gñe cū motu nec cum tpe. Nō aūt sic dicim⁹ in linea. nā id qō est ꝓtinuatiuū linee saltē per reductionē est in eodē gñe cū linea. sed hoc qō dixim⁹ de ꝓtinuatiōe tpis uel de cōtinuatiōe mot⁹ multis nō placet. dicūt eni q oino sic opz eē in motu sicut est in linea. ut sicut linea ꝓtinuat per pūcta ita mot⁹ cōtinuat per ipsa mutata eē. ſz plane hoc repugnat dictis phi. uolēs q tps habeat cōtinuationez a motu. mot⁹ aūt a magnitudine. in tpe ⁊ in motu querim⁹ cōtinuitatē ex alio. ſz in linea querim⁹ ꝓtinuitatē nō ex alio genere ſz ex diuisibilib⁹ ꝓꝑ suū generis. ⁊ ut meli⁹ appareat qō dī. tāgem⁹ triplicē dīaz iter lineaz que est de genere pmanētiū: ⁊ motū uel qōcūq aliud qō sit de genere successiuoꝛ. vna est: qz linea cū sit de gñe pmanētiū hz ptes sil ⁊ est ꝓtinuatio sua ex simultate partiū. ita q partes linee simul sūt ⁊ simul cōtinuant. sed partes mot⁹ uel cuiuscūq alterius successiui sil nō sunt sed est ibi parꝫ post partē. ⁊ qz simul nō sūt ſz successiue. ideo sicut sūt sic ꝓtinuabunt ergo successiue. ut pars posterioꝛ qz incipit eē ꝓtinuat parti posteriori que desinit eē ⁊ successiue: sic talis ꝓtinuatio sic sit successiue mot⁹. Alia dīa est q nunq̄ vnū ⁊ idē ſm rem pōt esse ꝓtinuatiuū oium partiū linee. sed hoc pōt eē in oībus partib⁹ mot⁹. Nam cū linea

sit tota simꝫ ⁊ ꝓtinuatio linee sit accipiēda ex simulta
te partiū. Si vnū ⁊ idē ꝑm rem posset esse ꝓtinuati-
uū oiuz partiū linee, ꝙsequēs eēt ꝙ vnū ⁊ idē ꝑm rez
simul ⁊ semel posset eē in diuersis locis uel in diuer-
sis sitib⁹ uel in diuersis partib⁹ linee qō est impossi-
bile. Nō enī possibile est ꝙ vnū ⁊ idē ꝑm rē sit simul
in ꝓmo ⁊ in fine ⁊ in oibus mediis pūctis ipsi⁹ linee.
Sed hoc est in ipō motu. qz vnū ⁊ idē mobile qō ꝓi
us fuit in ꝓncipio mot⁹ est postea in fine mot⁹ ⁊ fu-
it in oibus partib⁹ motus. Tertia dīa est. qz linea di
cit aliq̄d ꝑm se uel dicit aliq̄d absolutū. sed mot⁹ dicit
aliq̄d in ordine ad aliō. ió mot⁹ nō est aliq̄d per se in
genere sed est in eodē gñe cū reb⁹ ad quas est mot⁹.
ex ordine enī quē hz mot⁹ ad rez que pquirit per mo
tū reponit in eodē gñe eū re illa. ex hijs aūt trib⁹ diffe
rentijs ⁊ potissime ex dīa scōa pz ꝙ nō eodē mō est
accipiēda linee ꝓtinuatio uel cuiuscūqz ꝓtinui succes̄si
ui. Nā si linea posset hīe vnū ⁊ idē ꝑm rem ꝓtinuati-
uum oiuz partiū ei⁹ ⁊ ex illo accipeꝫ ꝓtinuatio linee.
Nā cū ꝓtinua sint quoꝝ ultima sint simꝫ vnū. q̄to il-
lud ꝓtinuū accipit magis vnū tāto ex illo erit magis
ꝓtinuatio. ⁊ qz magis accipit talis vnitas si est vnuz ⁊
idē ꝑm rez in oibus suis partib⁹. ió ubi posset hoc ac
cipi ex tali vno accipiēda est ꝓtinuatio. ¶ Dicemus
ergo ꝙ in ipso motu sūt diuisibilia ut ipsa moueri et
sūt indiuisibilia ut ipsa mutata esse. sicut in linea diui-
sibilia ut partes linee. indiuisibilia ut pūcta. ⁊ semp in-
ter duo moueri cadit vnū mutatū eē. sicut inꝰ duas li
neas siue linee partes cadit pūct⁹. attn̄ principale cō
tinuatiuū ipsi⁹ motus nō sūt ipsa mutata eē. sicut pri
cipale ꝓtinuatiuū linee sūt ipsa pūcta. qz ipsa mutata
eē sunt diuersa ꝑm rez ⁊ vnū ⁊ idē mobile hz esse in
oibus illis mutatis eē. ideo vnitas mot⁹ ⁊ ꝓtinuitas
magis est ex ipso mobili qō est vnū ꝑm rē in toto mo
tu ꝙ sit ex ipsis mutatis esse que realiter differūt. ⁊ si
sic eēt in linea qō eēt vnū ⁊ idē ꝑm rē assistēs cuilibet
pūcto ⁊ ꝓnectēti q̄libet partē linee ex illo accipetur
ꝓtinuatio linee nō cū pūctis. formaliꝫ ergo motus est
vn⁹ ꝓpter vnitatē mobilis. imaginabimur enī ꝙ mo
bile dū moueꝫ vnū ⁊ idē pri⁹ exist̄s ꝓnectit moueri
pri⁹ cū moueri posteri⁹. ut ió moueri pri⁹ ꝓnectit cuz
posteriori qz sūt vni⁹ ⁊ eiusdē mobil⁹. ꝓtinuatio enim
ꝓtinuoꝝ est ex aliquo alio realiꝫ q̄ sint ipsa ꝓtinua ait
cōtinua tio linee est ex pūctis que nō sūt idē eēntialiꝫ
cū linea. ut qz pūctus ꝓnectit vnā partē linee cū alia.
ideo est ꝓtinuatiu⁹ linee. sic ⁊ mobile qz est vnū ⁊ idē
in toto motu. ió ꝓnectit vnā partē motus cū alia. foz
maliter cōtinuant ꝓtinua per aliq̄d qō aliō est a cōti
nuis aliter tn̄ ⁊ aliꝫ. qz pūctus qui cōtinuat lineā est in
eodē genere cū linea. sz mobile qō ꝓtinuat motū non
est in eodē gñe cū motu. ¶ Et si uolum⁹ magis de-
clarare qō dictū est dicem⁹ ꝙ si in linea eēt dare duo
genera pūctoꝝ: ut si eēnt ibi dare que in diuersis par
tib⁹ linee eēnt realiter dīa ⁊ eēnt ibi dare pūcta que
vnū ⁊ idē ꝑm rē exīs assisteret oibus partib⁹ uel pū
ctis dato ꝙ tā hi⁹ pūct⁹ nō diuersificat⁹ eē in alio genere
ꝑm rē ꝙ puncta diuersificata reducerent ad ge-
nus ꝓtinuarēt lineā ꝓncipalē. tn̄ cōtinuatio linee ac
cipeꝫ ex pūcto nō diuersificato: qz cū ibi sit maioꝛ vni
tas cōsequēs eēt ex illo pūcto nō diuersificato eēt li-
nea magis vna ⁊ per ꝙs magis cōtinua. ⁊ dato ꝙ il
la duo genera pūctoꝝ nō ptinerēt ad idē gen⁹. sz pū
cta diuersificata reducerent ad gen⁹ in quo est linea.
punct⁹ diuersificat⁹ eēt in alio gñe sic se habēt⁹ cō-
ditiōib⁹ ꝓncipaliꝫ ꝓtinuatio linee eēt ex illo ꝙ non
esset in eodē genere cū linea. ⁊ qz sic est in motu q̄tuz
ad mobile ⁊ q̄tuz ad ipsa mutata eē. ió ꝓncipaliter
cōtinuatio mot⁹ ex vnitate mobilis qō est vnū in to-
to motu ꝑm rē est. Nō aūt ex ipsis mutatis eē que in
diuersis partib⁹ mot⁹ sūt ꝓncipaliter dīa realiter.
¶ Adhuc aūt qz forte itellect⁹ hois nō quietat: uo
lum⁹ magis declarare ꝓpositū ⁊ ostēdere ꝙ ꝓncipa
liter ꝓtinuatio mot⁹ est ex mobili ⁊ nō ex mutatis eē
Nā hoc est per se in oib⁹ ꝓtinuis ꝙ id idē qō est cōti
nuatiuū est ⁊ terminatiuū. aliter tn̄ ⁊ aliꝫ. qz ut est in
actu est terminatiuū: ut in potētia ꝓtinuatiuū. ut pun
ctus in actu lineaz terminat. in potētia vō lineā conti
nuat. nā ꝓtinua ꝑm ꝙ hi⁹ sūt eiusdē rōnis in toto ⁊ in
partib⁹ qz quelibet pars cōtinui est cōtinua ut queli-
bet pars linee est linea: ⁊ quelibet pars supficiei est su
perficies. ⁊ quelibet pars motus est mot⁹. ⁊ quelibet
pars tpis est tps. In oibus vō cōtinuis siue succes̄si-
ua siue ꝑmanētia sint semp partes suscipiūt predica-
tionē toti⁹. dicim⁹ aūt uere cōtinuis. qz forte ubi non
eēt uera ꝓtinuitas posset hec regula deficere: siue eni
sint cōtinua per se siue sint cōtinua rōne subiecti duz
tn̄ sit ibi ꝓtinuitas uera ut qō ibi posset fieri diuisio
in infinitū. nō enī diuidit in finitū nisi in eo qō q̄tum
cuiuslibet aūt quātitati ꝓtinui in eo qō q̄tuz semper
partes sūt eiusdē rōnis cū toto. ⁊ qz sic est opz ꝙ illa
eadē que terminat ptes ꝙ terminet totū. ut si puncta
termināt ptes linee opz ꝙ terminēt ipam lineā. dum
tn̄ sit linea terminata. semp enī illō qō est ꝓtinuatiuū
cōtinui. dum tn̄ sit ꝓtinuū infinitū. illud est inchoati-
uuz ⁊ finitiuū ei⁹. ut si punct⁹ cōtinuat lineā. punct⁹ in
choat ⁊ finit lineā. ⁊ si posset eē vn⁹ ⁊ idē punct⁹ ꝑm
rē in ꝓncipio medio ⁊ fine linee vn⁹ ⁊ idē punct⁹ re
aliter ichoaret lineā ꝓtinuaret ⁊ finiret. Si ergo mu
tatū esse eēt illud qō formaliꝫ ⁊ principaliꝫ ꝓtinuaret
mutatū ꝓns eēt qō ⁊ mutatū eē nō solū finiret. sz eēt
inchoaret motū. eē ergo in motu ꝓmuz mutatū eē
qō ichoaret motū sicut est dare in linea pūctū ichoā
tē lineā qō eē nō pōt. ut pz ex phīsicis in nullo enī mo
tu uere ꝓtinuo ei⁹ est mot⁹ localis est dare ꝓmū mu
tatū eē. Si g̃ uolum⁹ accipe illud qō ichoat ꝓtinuat
⁊ finit motū hoc est ipz mobile. ipz enī mobile ut est
fluēs ⁊ ichoat ⁊ ꝓtinuat ⁊ finit localē motū. nō exīs
aliud ⁊ aliō ꝑm rem sz. solū ꝑm rōnē. ita ꝙ facit inter
duo pūcta stat tota linea. ita iter mobile ut est in ꝓn
cipio mot⁹ ⁊ ut est in motu stat mot⁹ tot⁹ hi⁹ motus.
Sicut ergo nunq̄ imaginamur lineā finitā nisi imagi
nemur eā stare inꝰ duo pūcta. videlz inꝰ pūctū ichoā
tē ⁊ finiētē. ita nunq̄ est mot⁹ finit⁹ nisi qz est iter mo
bile ichoās ⁊ finiēs motū. ⁊ sic pūct⁹ ut est ichoatiuū
linee ⁊ finitiuū est q̄d in actu. ut aūt est ꝓtinuatiuū est
q̄d in potētia. ita ꝙ pūct⁹ in potētia ꝓtinuat. punctus
aūt in actu terminat ⁊ finit uel ichoat: sicut mobile in
ꝓncipio mot⁹ qz nō moueꝫ ⁊ in fine mot⁹ qz iā fact⁹
est mot⁹ est q̄si q̄d in actu. in toto aūt motu est q̄si q̄d
in potētia. ió mobile tā in ꝓncipio q̄ in fine mot⁹ se
hz ut terminatiuū mot⁹. in toto aūt motu se hz ut cō
tinuatiuū ei⁹. recte enī sicut pars linee p̄cedēs ꝓtinua
tur ad ptē sequētē ꝓpter vnū pūctū copulātē utrāqz
partē: sic moueri precedēs copulat ad moueri sequēs
ꝓpter vnū mobile ꝓtinue motū. ex quo vno mobili
cōtinuat tot⁹ mot⁹. bñ g̃ dictuz est ꝙ mot⁹ hz ꝓtinui
tatē a magnitudine. qz magnitudo mota ꝓtinuat ipz
motū. ⁊ ut meli⁹ appeat qō dī imaginemur pūctū ali
quē fluētē sup aliquo plano ⁊ suo motu describētē li
neā in illo plano ubi erit duplex linea videlz linea p-
manēs que est descripta in plāo: ⁊ linea nō pmanēs ut
mot⁹ ille linealis: ⁊ pūct⁹ fact⁹. quo posito linea pma

ꝛ pars posterioꝛ siue succedens res quedã est. eo mõ quo motꝰ quedã res est. ꝛ quelibet ps motꝰ res quedã dici põt. Nã loquẽdo de motu uere ꝓtinuo quelibet pars motꝰ est motꝰ. ꝛ quelibet pars motꝰ quodã mõ est quedã res cũ referimꝰ ptẽ posteriorẽ motus ad ꝓriorẽ quodãmõ referimꝰ rẽ ad rẽ. ꝓpt̃ qõ quodãmõ est ibi reꝛo realis. sed in euiternis cũ referimꝰ ꝓriꝰ ad posteriꝰ adinuicẽ. ut cũ referimꝰ eẽ ad nõ eẽ. ut cũ dicimꝰ ꝙ angelus per creationẽ habuit eẽ post nõ eẽ. per annihilationẽ ỽo hũit nõ esse post eẽ. nullo mõ referimꝰ rẽ ad rẽ ʒ rẽ ad nõ reꝛ uel ens ad nihil. nullo ergo mõ in tali ꝑioritate ꝛ posterioritate possʒ realis reꝛo ipoꝛtari. sed in tpe iter ptes ꝑiores ꝛ posteriores est quodãmõ reꝛo realis. dicimꝰ aũt quodã mõ qꝛ nõ ita hñt eẽ ptes successiuoꝝ sicut ꝑmanẽtiũ. nec ita posset eẽ realis reꝛo iter duas ptes motꝰ sibi iuicẽ succedẽtes sicut iter duas ptes permanẽtes. qꝛ nec ita sũt res due ptes motꝰ ꝑm ꝙ sũt duo aliq̃ permanẽtia. ¶ Scõm hoc ergo dicemꝰ ꝙ in tpe ꝓprie dicto est duplex successio ꝛ quelibet ꝑm actũ. tps eni hũit eẽ post nõ esse. ita ꝙ cũ nihil eẽt de tpe iccepit eẽ tps. habuit aũt tps successionẽ q̃tũ ad icipe eẽ. hẽbit aũt successionẽ q̃tũ ad desinere eẽ qꝛ cessabit motus ꝑmi mobilis ꝛ nõ erit ãpliꝰ tps hẽbit ẽt nõ eẽ post eẽ ꝛ est tertia successio inq̃tuʒ tps ꝓʒ vnã ptẽ eẽ desinit ꝛ ꝑm aliã eẽ icipit. Jn ꝓrimis aũt duabꝰ successiõibꝰ est reꝛo solũ ꝑm rõnez que est quodãmõ entis. Sᵭ aũt has tres successiões. quarũ vna est totaliꝛ icipe eẽ. alia totaliter desinere. tertia ꝓʒ vnã ptẽ icipe ꝛ ꝑm aliã desinere. uolumꝰ cõpare ad euũ: dicemꝰ ꝙ ꝓrima successio cõpetit euo ꝛ ꝑm actũ ꝛ ꝑm potẽtiã. Scõa ỽo cõpetit ei nõ ꝑm actũ ʒ ꝑm potẽtiã. Tertia aũt nõ cõpetit euo nec ꝑm actũ nec ꝑm potẽtiã. qꝛ ipossibile est in euo tale successionẽ eẽ. in euo eni fuit ꝓrima successio. nõ solũ ꝑm potẽtiã ʒ ẽt ꝑm actũ. qꝛ sicut angelus per creationẽ post oino nõ eẽ icepit eẽ. sic euũ qõ est idẽ realiꝛ qõ eẽ euitni icepit eẽ post nõ eẽ. Scõa aũt successio que sumit respectu desinere eẽ simpliꝛ. nõ est nec erit in euo actu qꝛ nunq̃ euiterna desinent esse. est tamen in ens ꝑm potentiã. qꝛ põt de euiterna annihilare ꝛ hoc mõ possũt euiterna desinere eẽ. Tertia aũt successio est que nec est ꝓʒ icipe eẽ simpliꝛ nec ꝑm desinere ʒ solũ ꝑm ptẽ ꝓut aliq̃d q̃tuʒ ad vnã ptẽ eẽ desinit q̃tũ ad aliã eẽ icipit: in euo nec est ꝑm potẽtiã nec ꝑm actũ. nõ eni hoc mõ põt euũ icipe ꝛ desinere esse. nec obuiat ꝙ dixim⁹ in qõnibꝰ nr̃is de quolibet. utrũ deꝰ posset plus angelos facere in specie vna. ubi inuebam⁹ ꝙ dando angelo eẽ ipfectũ poterãt fieri plures angeli ꝑm plura talia ipfecta eẽ sicut in rebꝰ mãlibus sũt plura ꝑm numerũ in eadẽ specie. qꝛ nulla res mãlis hʒ oẽʒ rõnez eẽndi ꝑm suã spẽz. qꝛ nunq̃ eẽ vnius rei cõmunicat alteri. eẽ eni vniꝰ caloris nõ cõmũicat alteri. ꝛ si fieret caloꝛ sepaꝛ hñs oẽm rõnez caloris eẽ illiꝰ caloris nõ cõmunicaret alteri. si eni eẽt caloꝛ sepaꝛ ꝛ caloꝛ in mã. caloꝛ sepaꝛ hẽret eẽ pfectũ. ꝛ caloꝛ in mã hẽret eẽ ipfectũ. nec vnq̃ vn⁹ ꝛ idẽ caloꝛ haberet tale ꝛ tale eẽ. sic si fierẽt angeli plures in cadez specie ꝓpter ipfecta eẽ. ꝛ fieret angelus hñs ꝑm suã spẽz pfectu eẽ ꝛ hñs oẽm rõnẽ eẽndi ꝑm eẽ sue spẽi. nõ ꝓpter hoc eẽt successio in eẽ angeli. qꝛ nunq̃ vn⁹ ꝛ idẽ angelus accipet eẽ per ptes. nec vn⁹ ꝛ idem hẽret vno tpe pfectiꝰ eẽ q̃ alio. qcq̃d sit ergo de calore qꝛ nõ est icõueniẽs fozmas accñtales ꝑm eẽ quẽ hñt in mã intẽdi ꝛ remitti ꝛ hẽret gradus in eẽ. ʒ biꝰ gradus nõ est icõueniẽs fozmã accñtalẽ ꝑm eẽ qõ hʒ in mã accipe gradũ post gradũ ꝛ partẽ post ptẽ. ꝛ sic succesꝛ siue pfici in suo eẽ. in euiternis tñ ipossibile est sic successiue ꝛ ꝑm partẽ accipe eẽ. Nã ʒ vnũ euiternũ possit hẽ pfectiꝰ esse q̃ aliõ. nunq̃ tñ aliqõ euiternũ poterit successiue ꝛ per ptes pfici in suo eẽ. hoc eni suscipiat magis ꝛ minꝰ ꝛ qõ successiue ꝛ per ptes ꝛ nõ pficiat in esse. cũ aũt ita sit ꝛ nulla sb̃a accipiat successiue eẽ. quare eẽ aliquaꝝ sb̃aꝝ nõ eẽ tpaliũ ptinet ad mẽsurã successiuã. eẽ aũt euiternoꝝ ad mẽsurã ꝓmanẽtẽ in ꝓsequẽdo patebit. ad ꝓsens aũt scire sufficiat quõ bꝫ tres modi successionis comparãt ad euum.

¶ Ex hꝫs aũt patere possũt opiones circa successionẽ eui. Nã aliq̃ dixerũt in euo eẽ successionẽ cũ innouatione. aliq̃ ỽo dixerũt ibi eẽ successionẽ sine impositiõe. aliq̃ aũt negãt ꝛ successionẽ ꝛ nouationẽ. quelibet aũt haꝝ opinionũ põt habere itellectum sanũ ꝛ ꝓbauũ. tertia tñ opinio quã ad ꝓsens tenemꝰ ꝙ in euo nõ sit successio nec inouatio magis ꝓprie loquit. quelibetꝫ ut dixim⁹ põt hẽ bonũ itellectũ ꝛ possũt ad vnũ ꝛ idẽ reduci. Nã positio ponẽs ꝙ in euo sit successio cũ inouatiõe. si intelligat hoc eẽ in euo ꝓʒ se ꝙ pars succedat parti. ita ꝙ parꝫ posterioꝝ ꝛ noua succedat parti ꝓriori ipossibile est talis positio qꝛ eẽ euitni qõ idẽ est ꝙ euũ realiꝛ sic partẽ ꝛ ptez hẽ nõ põt. sed si itelligat q̃tuʒ ad icipe eẽ. ꝙ euũ sit cũ ipo euitno icepit eẽ post nõ eẽ. ꝓpt̃ qõ sive ibi sit successio. qꝛ fuit eẽ post nõ eẽ ꝛ fuit ibi inouatio. qꝛ ex hoc ipʒ euiternũ dictũ est habere nouũ esse. Nã hoc eẽ nouũ est ꝛ ꝓriꝰ nõ fuit sic ꝑdictũ. positio ueritatẽ hʒ. est eni hꝰ mõ in euo successio cũ inouitate. scõa etiã positio potest hẽ ꝛ sanũ ꝛ ꝓbauũ itellectũ. Naʒ cũ dr̃ ꝙ in euo est successio sine inouitate. Si itelligat hoc de parte post ptẽ. ut qꝛ euũ nõ sit totũ sil̃. sed ꝙ habeat successiue ptẽ post ptẽ sic ipossibile est euũ hẽ successionẽ ꝛ si successiue hẽt ipossibile eẽt eã hẽ sine inouatione. qꝛ semp pars succedẽs eẽt noua respectu ꝑcedentiʒ. Rursus si itelligat q̃tũ ad icipe eẽ ẽt falsa positio est ꝙ sit ibi successio siue inouatio. Nã cũ euiternũ accepit eẽ post nõ eẽ poterat dici ꝙ nouũ erat eẽ. Sʒ si itelligat q̃tuʒ ad desinere eẽ sic ueritatẽ hʒ ꝙ est ibi successio sine inouatiõe. ut sit sensus ꝙ est ibi successio in potẽtia ꝛ nõ in actu. põt eni angelus virtute diuina desinere esse sed nunq̃ desinet ꝓpter qõ est successio in potẽtia. ʒ nunq̃ circa hoc erit ibi nouitas qꝛ nunq̃ ista potẽtia reducet ad actus. hoc eni dicit inouatio successionẽ in actũ successio ꝙ impotẽtia nõ est cũ inouatiõe. Tertia ẽt positio negãs ab euo successionẽ ꝛ inouationẽ posset ẽt hẽ ꝓbauũ itellectũ. Nã si itelligat ꝙ in euo nõ sit successio nec inouatio q̃tũ ad icipe eẽ. ut ꝙ nõ habuit eẽ post nõ eẽ ꝛ ꝙ hic nõ fuit aliq̃ nouitas falsa eẽt positio. ʒ itelligat nõ q̃tuʒ ad icipe eẽ simpliꝛ. nec q̃tũ ad desinere eẽ totaliꝛ. sed q̃tuʒ ad icipe ꝛ desinere eẽ ꝑm partẽ. ut qꝛ vna pars eui icipiat ꝛ alia pars desinat. sic in euo nec est successio nec inouatio. nec est possibile ibi hoc mõ talia eẽ. q̃tuʒ ergo ad icipe eẽ simpliꝛ aliquo mõ ueritatẽ hʒ positio ꝑma ponẽs ibi successionẽ cũ inouatiõe. q̃tũ aũt ad desinere eẽ totaliꝛ aliquo mõ ueritatẽ hʒ positio scõa ponẽs ibi successionẽ sine inouatiõe. ꝑm hoc eni modus successiõis. sed ibi successio in ipso ꝛ innouatio. iõ dr̃ ibi eẽ successio cũ inouatiõe. qꝛ nõ est inouatio sine actuali successiõe q̃tũ ad tertiũ modũ successiõis. videlʒ q̃tuʒ ad icipe ꝛ desinere eẽ ꝑm ptem sic ueritatẽ hʒ positio tertia negãs ab euo successionem ꝛ inouationẽ qꝛ nec successio nec innouatio põt

hoc mō eē in euo q̄ vna p̄s succedat alt̄i. ut q̄ nouū succedat ueteri. utrū aūt sit itētio hec p̄dictaꝝ p̄nū. ut utrū positio ponēs in euo successionē cū inouatione itelligat q̄tuꝫ ad incipe eē simplr. qz uere euū habuit eē post nō eē ꝛ uere fuit ibi qdā nouitas. ꝛ utrū positio ponens ibi successionē sine nouitate itelligat hoc q̄tuꝫ ad desinere eē totalr. qz pōt euū virtute diuina desinere esse: nunq̄ tn̄ fiet talis nouitaꝫ. qz nunq̄ hī potētia reducet ad actū: iuestigare uer nō est p̄sētis speculatiōis. sufficiat aūt ad p̄sens scire q̄ p̄dicte opiniones possunt aliquo modo ad ueritatē reduci.

¶ Aduertēdū tn̄ ut diximus q̄ tertia positio negās ab euo successionē ꝛ inouationē magis ꝑe loquit q̄ aliq̄ aliaꝝ. Nā cū querimus utrū in euo sit successio. nō est questio nr̄a. utrū euū icepit eē ꝛ utrū hūit esse post nō eē cui positio p̄ma initit si debeat ad ueritatē reduci. nec est questio nr̄a utrū virtute diuina possit euū totalr desinere esse cui initit positio scōa si ad ueritatē reduci debeat. ſz questio nr̄a est utrū euū in seipso successionē hēat q̄ idē est re q̄ utruꝫ habeat partē post ptē successiue. ſz quē modū negāda est ab euo successio ꝛ inouatio. ¶ Post q̄ ne laborem⁹ in equiuoco distinxim⁹ de priori ꝛ posteriori ꝛ de successiōe: ꝛ oñdim⁹ quō talia sūt in euo ꝛ quō nō. uolum⁹ exequi de scōo ꝓposito narrādo difficultates isurgētes circa hāc māz ꝛ soluēdo difficultates illas. possumus aūt dicē q̄ negādo ab euo successionē ꝛ inouationē mō quo dixim⁹ q̄tuꝫ ad p̄sens spectat tres difficultates isurgūt. prima est ex possibilitate annihilationis q̄ virtute diuina euiterna possint annihilari ꝛ possunt totalr desinere eē. scōa aūt difficultaꝫ ꝙsurgit ex pluralitate mēsuraꝝ. qz nō vi q̄ alia ꝛ alia mensura mēsurent opatiōes āgeloꝝ ꝛ eoꝝ eē. qz cū maior sit vnitas in angelis q̄ in istis corpalib⁹. si in istis sensibilib⁹ oia mēsurant eadē mēsura durationis. videt q̄ multomagis hoc eē debeat in ipsis euitnis. in istis eni iferiorib⁹ eadē mēsura videlz tp̄s per se ꝛ p̄imo mēsurat opatiōes ꝛ mot⁹ istoꝝ iferioꝝ ꝛ mēsurādo mot⁹ ꝛ opatiōes mēsurat etiā eē eoꝝ. ita q̄ eē istorū tpaliū mēsurat tpe accipiēdo mēsurari tpe large ꝓut q̄d mēsurat mēsura successiua dr̄ mēsurari tpe. Nam ꝑe loquēdo esse tpaliū nō mēsurat tpe sed nūc tp̄is. igit in istis sēsibilib⁹ vna ꝛ eadē mēsura que mēsurat mot⁹ ꝛ opatiōes mēsurat ēt eē. multomagis hoc erit in angelis ubi est maior vnitas. illa ergo eadē mēsura que mēsurat mot⁹: ꝛ opatiōes āgelicaꝫ mēsurabit ēt eoꝝ eē ſz q̄ mot⁹ ꝛ opatiōes angelice mēsurant mēsura successiua. cū igit eē eoꝝ mēsuret euo. vi q̄ in euo sit successio. ꝙsurgit itaq̄ quēdā difficultas ex pluralitate mēsurarū. qz nō vi q̄ ibi sit dare plres mēsuraꝫ sed vna ꝛ eadē mēsura que mēsurat mot⁹ ꝛ opatiōes euiternoꝝ que est mēsura successiua mēsurabit ut vi ꝛ eoꝝ eē. Tertia difficultas ꝙsurgit ex dicta iceptiōis euiternoꝝ. qz cū nō oia euiterna sil incepint: qz nō sil icepit angelus ꝛ aia: ꝛ qz p̄tinue de⁹ creat nouas aiaꝫ vī q̄ hoc eē nō possit sine ꝑori ꝛ posteriori. ꝛ per cōsequēs sine successiōe. nō eni vi possibile q̄ vnū euitnū sit pri⁹ alio nisi in ipso euo q̄ est mēsura euiternoruz sit pri⁹ ꝛ posteri⁹. in ipso aūt euo nō pōt eē pri⁹ ꝛ posteri⁹ nisi euū sit mēsura successiua. ¶ Propi⁹ p̄imā aūt difficultatē sciēdū: q̄ qz virtute diuina pōt angelus ānihilari. iō ex hoc multi moti sūt ut dicāt euū eē mēsurā successiuā. qz si angelus ānihilaret ꝙstat q̄ in eodē istāti eēt annihilatio in quo fuit ei⁹ creatio. qz tūc in eodē istāti eēt ꝛ nō eēt. oz ergo dare aliō ꝛ aliō istās in ipso euo quoꝝ vnū mēsuret eē euiterni q̄tuꝫ ad eius creationē. ꝛ aliud qō mēsuret eē ei⁹ q̄tuꝫ ad nihilationē. utrū aūt oporteat ibi dare plura instātia q̄ duo nō refert. sufficit aūt q̄tuꝫ ad p̄sens spectat q̄ ibi sit dare plura instātia. si ergo in euo est dare plura instātia. uel erūt plura ſm rē uel erūt plura ſm rōnē. ponere aūt in vno ꝛ eodē euo plura istātia ſm rē intellect⁹ nō capit. qz nec in ipso tpe loquendo de eo q̄ p̄imo ꝛ p̄incipalr dr̄ nūc sīue istās ponim⁹ nisi vnuꝫ nūc sīue istās ſm rē. Si g̃ in euo est dare plura istātia hoc erit ſm rōnē. ſz ponere in mēsura aliq̄ vnū instās ſm rē nō ſm rōnez nō pōt eē sine successiōe. erit g̃ in euo successio. imaginabimur g̃ ex hoc qō sicut nūc fluens aliter ꝛ alr se hns facit tp̄s. sic nūc qō facit euuz erit alr ꝛ alit se hns ꝛ per ꝑns erit fluēs. q̄ si nō esset fluēs ſz eēt stās. nō eēt alit ꝛ alr se hns ꝛ per ꝑns eēt vnū ſm rē ꝛ ſm rōnez. nō igit est possibile in euo ponere plura istātia. nisi dicam⁹ q̄ instāſ qō facit euū sit aliter ꝛ alr se hns nūc ꝛ pri⁹. itaq̄ si pluralitaſ istātiū in aliq̄ mēsura nō pōt eē sine successiōe. ꝛ in euo opz ponere plura istātia. qz nō eodē istāti mēsurat euitnū ꝓut eē icipit ꝛ ꝓut desinit. qz tūc sil eēt ꝛ nō esset. ex ipsa possibilitate durationis ꝛ ex eo q̄ euitna virtute diuina possūt desinere eē ꝙsurgit hec difficultas q̄ oz in euo ponere successionē. nec ualeret siquis daret q̄ aliud ꝛ aliud instās in quo euiternū creatū annihilat est aliud ꝛ aliud istās in tpe. qz ut in argumētis multiplr ꝓbat. circūscriptio eni tpe adhuc euiternū posset creari ꝛ annihilari. nec ēt ualeret siqs dicēt q̄ opz dare aliud instāſ in quo euiternū creat ꝛ aliud in quo annihilat. ſz hī⁹ istātia nō ptinet ad ipam mēsurā euiterni. Nā sicut instās in quo gñat ipm tpale ꝛ instās in quo corrūpit ptinēt ad tp̄s qō est mēsura tpaliū. impossibile est talia istātia nō ptinē ad ipm tp̄s. ꝛ qz est aliud ꝛ aliud istās in tpe in quo gñat tpale ꝛ in quo corrūpit. iō in tpe est successio: ita q̄ istās in quo creatur euiternū ꝛ in quo annihilat de necessitate ptinēt ad ipm euū qō est mēsura euiterni. ꝛ qz est aliō ꝛ aliō istās hoc ꝛ illud. iō ut vi opz in euo successionem eē.

¶ Sciēdū ergo q̄ de ipso istāti ꝓut ad ꝓpositū spectat est triplr distinguēdū. Nā aliter loquēdū est de instāti mēsure pmanētis: ꝛ aliter de instanti mēsure successiue. Rursus aliter loquendum est de instanti mensure intrinsece. ꝛ aliter de instāti mensure extrinsece. tertio alr cōpat instās mēsure successiue ad mēsurā suā. ¶ Est eni primo aliter loquēdū de instanti mēsure pmanētis ꝛ successiue. Nā diceret quis impossibile eē in eodē istāti mēsure successiue aliq̄d sil eē ꝛ nō eē. ut q̄ in eodē istāti tp̄is aliq̄d sil sit ꝛ nō sit. uel est dubiū ꝛ est difficile declarare quō hoc eē possit. loquēdo ergo de istāti mēsure successiue. dubiū est utrz in eodē instāti aliq̄d possit eē ꝛ nō eē. uel diceret aliq̄s hoc eē oino impossibile. ſz loquēdo de instāti mēsure pmanētis nullū hz dubiū quin in eodē istāti possit aliq̄d eē ꝛ nō eē. nā in vno ꝛ eodē instāti eternitatis est tot⁹ iste decursus tp̄is in quo sūt tot uariatiōes. s. esse ꝛ nō eē. Nā si instās mēsure pmanētis stat ꝛ pseuerat in suo eē. ꝙs dubitat q̄ eo sic stāte ꝛ pseuerāte possūt multe uariatiōes fieri in reb⁹. In ipso eni eternitatis nūc stāte ꝛ eodē mō se hñte ꝛ exīteyno ꝛ eodē ſz rē ꝛ ſm rōnem fiūt tot uariatiōes in reb⁹. istās mēsure successiue nunq̄ hz morā: sed semp fluit. iō semp accipit aliud ꝛ aliud instās. merito ergo loquēdo de istāti mēsure pmanētis ꝛ successiue nō est dubium q̄ in vno ꝛ eodē instāti mēsure pmanētiſ possūt multe uariatiōes ꝓtingere. Rursus ut dicebam⁹ aliter loquēdū est de instāti mēsure intrinsece ꝛ extrinsece. Nam

cū dicimus q̄ in eodē instāti mēsure ꝓmanētis possūt multe uariatiões ꝓtingere. q̄ ut dicebatur in eodem instāti eternitatis: ⁊ etiā in eodē instanti eui est totus iste decursus ꝓsentis seculi. nō est hoc itelligēdū de instāti mēsure intrinsece ſz extrinsece. q̄ eni in eodez instāti eui: ⁊ in eodē instāti eternitatis tpalia sibi iui cē succedere ⁊ possūt eē ⁊ nō eē. hoc est istās eternitatis ⁊ eui q̄ cōparant ad ista tpalia sicut aliq̄d extrinsecū ⁊ etiā sicut aliq̄d extraneū. si eni nūc eui uel eternitatis eēt in istis tpalib⁹ tanq̄ in ꝓpzio sbo nō posset tpalia uariari nō posset desinere eē nisi desineret esse istās q̄ poneret in eis eē. opz ergo q̄ illud instās manēs in quo pōt res successiua eē ⁊ nō eē nō dependeat a re successiua. ꝓpt̄ qō hi⁹ instās ꝓtineret ad mēsurā extrinsecā. ſz si cōpem⁹ instās ad mēsurā ꝓpziā ⁊ intrinsecā ipossibile est in eodē istāti aliq̄d eē ⁊ nō esse. dicem⁹ eni q̄ si de⁹ nūc esset alb⁹ ⁊ hinc ad mille annos esset niger esset simul alb⁹ ⁊ niger. Nam mēsura ꝓpzia ipsius dei est ipm nūc eternitatis in quo nulla successio. hi⁹ aūt nūc vnū ⁊ idē simplex existēs cōprehendit totū tps ⁊ plusq̄ tps. Si ergo ipsa mēsura ipius dei est hi⁹ nūc ⁊ in hi⁹ nūc nō est successio. totū qō est in illo nūc est simul. q̄tuz ergo ad ipm deū cui⁹ ꝓpzia mēsura est ipm tale nūc totū est simul. Dicemus ergo q̄ ipsa tpalia cōparant ad tps ad nūc eternitatis sed ad tps cōparant tanq̄ ad mēsurā ꝓpziā. iō qō est in vno tpe ⁊ qō est in alio nō est simul in ipsis tpalibus nō est in eodē instāti. ⁊ si dicat q̄ imo q̄ totū est in eodē instāti eternitatis. Dicem⁹ q̄ instās eternitatis nō est mēsura ꝓpzia ipsoz tpaliū. in eodē ergo instāti eternitatis qō est simplicissimum tpalia icipiunt esse ⁊ desinūt eē. nūc tñ simul sūt ⁊ nō sūt. q̄ hi⁹ silltaz essendi ⁊ nō eēndi debet accipi fm mēsurā ꝓpziā nō fm nūc eternitatis. Sicut ergo nō totū qō sit in nūc eternitatis in istis tpalib⁹ sit sil'nō obstāte q̄ hi⁹ nūc est oino simplex. q̄ tale nūc nō est mēsura tpaliū. sic dcqd est in deo in toto decursu tpis totū est sil'. nō obstāte q̄ hi⁹ decursus tpis nō sit sil' q̄ hi⁹ decursus tēporis qō nō est sil' ⁊ in quo est successio nō est mēsura ipsius dei. sed ei⁹ mēsura est ipsum nūc eternitatis in quo ut diximus nō est aliqua successio. ꝓpter qō bene dictū est q̄ si nūc eēt deus albus: ⁊ hinc ad mille annos eēt niger simil' eēt alb⁹ ⁊ niger. q̄ qō est in istis tēporalib⁹ nūc ⁊ ꝓzi' ⁊ fm decursū tpis est in deo totū simil'. ⁊ ecōuerso: qō est in deo totū sil' est in istis tpalibus nūc ⁊ ꝓzi' ⁊ fm decursuz tpis: ꝓpter qō bñ dictū est q̄ refert referre aliquid ad instās mēsure ꝓpzie ⁊ ad instās mēsure nō intrinsece ⁊ nō ꝓpzie. in eodē eni instāti mēsure ꝓmanētis pōt aliq̄d eē ⁊ nō eē. Sz in eodē instāti mēsure ꝓpzie ⁊ intrinsece nō. si eni tpalia ⁊ incipiūt ⁊ desinūt eē in eodē instāti eternitatis. hoc est q̄ hi⁹ instās ut dicebam⁹ nō est eoz ꝓpzia mensura intrinseca. Tertio alicui cōparat instās mēsure ꝓmanētis ad suā mēsurā ⁊ instās mēsure successiue. q̄ instās mēsure ꝓmanētis est sil' cū sua mēsura. sil' enim est instās eui ⁊ euū. bene eni dī q̄ totū euū est in instāti eui ⁊ q̄ eternitas in nūc eternitatis. ſz mēsura successiua nō est sil' cū suo istāti. tps eni nō est cū instāti. imo nihil tpis est cū instāti. ⁊ si dī tps eē simul cū instāti si nō est rōne sui nec rōne suaz partiū. sed rōne ordinis partiū. habēt eni partes tpis ordinē ad ipm nūc ⁊ copulant ad ipm ita q̄ hi⁹ nūc pōt dici illud in quo fundat ordo partiū tpis. ipm tñ tps fm se nō est in instāti nec etiā ptes tpis sūt in instāti. sed sūt in successione istātis. tps eni nō est ipm istās ſz est successio instātis ⁊ est fluxus ei⁹. iō dictū est q̄ nūc fluens facit tēpus sicut nūc stans eternitatē. ¶ Ex hijs aūt patere pōt utrū in alio ⁊ alio instāti sit creatio euiterni ⁊ annihilatio ubi tota difficultas ꝓzima ꝓsistebat. Dicemus eni q̄ loquēdo de instāti ipsi⁹ eui qō est mēsura ꝓpzia ⁊ intrinseca euiterni fm est q̄ in eodē istāti euiternū possit creari ⁊ annihilari uel creeē ⁊ annihileē. ⁊ etiā fm est q̄ in alio ⁊ alio istāti eui hoc fiat. ſz creatio euiterni est in instāti eui. annihilatio aūt ei⁹ nō est in instāti eui: sed in corruptiõe instātis. Ex tertia ergo dīa iter nūc eui ⁊ nūc tpis uel iter nūc mēsure ꝓmanētis ⁊ successiue soluit difficultaz ꝓposita. Nam cū dī q̄ deē instās eui in quo ꝓducit euitnū. ⁊ istās in quo annihilat: ⁊ q̄ ista sūt duo istātia sibi succedētia ꝓpter qō in euo est successio. rñdebim⁹ q̄ nō dabim⁹ duo instātia in euo sibi succedētia. nec dabim⁹ ibi successionē. dabim⁹ eni in euo istās in quo ꝓducit euitnū. ſz nō dabim⁹ istās in quo annihileē. Dicem⁹ enim q̄ euiternū per se loquēdo ⁊ referēdo ipz ad mēsurā ꝓpziā intrinsecā nō pōt annihilari in istāti. ſz si annihilabit h⁹ erit in destructiõe istātis q̄ totū pz ex dīa tertia. Si eni tps eēt sil' cū suo istāti ⁊ eēt totū in suo istāti. Nā hac hipothesi stāte si cōpeē tps ad instās: istās pōt corrumpi nē tpis. cū g̃ positū sit q̄ tps sit sil' cū istāti ⁊ sit totū in suo istāti. si eēt instās post corruptionez tpis eēt tps post corruptionē tpis. eēt g̃ tps postq̄ totalr eēt corruptū tps. q̄ nō est itelligibile. g̃ tps se hꝫet ad istās mō quo dictū est tps nō corrūpetur in istāti: sed in corruptiõe instātis. dicem⁹ ergo q̄ q̄ tēpus est mēsura successiua sicut mot⁹ est quid successiuū. iō sicut mot⁹ semp terminat ad mutatū eē ita tps semp terminat ad nūc. ita q̄ semp post tēpus est nūc. qñ ergo finieē mot⁹ ꝓzimi mobilis erit ibi dare ultimū mutatū eē: ita q̄ post totū motū erit illō ultimū mutatū esse. ita erit ibi dare ultimū nūc tpis. ita q̄ post totū tps erit illud ultimū nūc. hoc ergo modo deficiet tps sicut deficit mot⁹. satis ergo pōt cōcedi q̄ tēpus deficiet in ultimo nūc: sicut mot⁹ defic̄ in ultimo mutato esse. ⁊ satis pōt ꝓcedi q̄ ultimū nunc erit post tēpus totū. sicut cōcedit q̄ ultimū mutatum eē est post totū motū. qō ideo est q̄ talia nō sūt simul sed est ibi successio ⁊ est ibi pzi⁹ ⁊ posteri⁹. ꝓpter hi⁹ ergo pzioritatē ⁊ posterioritatē cōcedi pōt q̄ tēpus esse desinit in instāti: q̄ erit instās post totū tps. sed si nō esset ibi successio ⁊ pzioritas sed totū tps esset in suo instāti ⁊ cū suo instāti. nullo modo cōcedi posset q̄ tps destrueret in instāti. nec concedi posset q̄ post totū tēpus esset instās. q̄ tūc post totū tēpus esset tēpus. si ergo esset instās post totū tēpus cuz positū sit in instāti ⁊ cum instāti eēt tps eēt ꝓsequēs q̄ eēt tps postq̄ corruptū esset totaliter tps qō ut dicebat non est intelligibile. hac ergo hipothesi stante posset dari instās in quo icipet tēpus: sed nō posset dari instans tēporis in quo desineret tps uel in quo corrūpereē tēpus. corrūpeē eni tps hoc posito nō in istāti ſz in corruptione instātis. ⁊ q̄ sic est in ꝓposito de euo respectu sui istātis poterim⁹ dare instās in quo incepit euū ⁊ in quo creatū est euiternū. sed nō dabim⁹ aliq̄ō instans eui in quo desinat euū uel in quo annihileē euiternū. loquēdo eni de instāti eui qō est mēsura ꝓpzia ⁊ intrinseca euiterni euiternū nō pōt annihilari in instanti sed in annihilatiõe instātis. ex possibilitate ergo annihilatiõis euiterni nō opz dare plura instātia in euo: nec opz ibi ponere successionē nisi successionē fm totū ꝓut totū incipit esse ⁊ totū simul pōt desinere esse. sed successionez fm partes: ut q̄ vna pars eui esse desinat ⁊ alia incipiat. uel successionē fm istātia.

ut qz sit in euo dare plura instātia sibi adinuicē succedentia est impossibile ponere. Id ergo qđ tertio dixi mus de instāti mēsure permanētis ⁊ successiue quasi euacuat difficultatē ꝓpositā. attn̄ primū ⁊ sane dictū de ipso instāti multū facit ad elucidationē ueritatis. Naz cū queriť utrū in eodē instāti possit esse creatio euitēni ⁊ anihilatio. aut itelligis de instāti tpis aut de istāti eui: aut de istāti eternitatis. si de istāti eternitatis in eodē istāti icipit euitēnū ⁊ desinit. Nā anteꝙ icipient eē euiterna erat instās eternitatis. ⁊ qn̄ eē inceperūt erat illud idē instās eternitatis. ⁊ si eē desineret esset nihilomin⁹ illō idē instās eternitatis. In illo ergo instāti eternitatis fiunt quecūqz fiūt ⁊ desinūt quecūqz desinūt. cōprehēdit enī illud instās oia sil. iō dī. 10. de di. no. q⁹ de⁹ est oium euū ⁊ tps. eternitas eui qua mēsurat de⁹ ꝓtinet eē euū ⁊ eē tps. si ergo cā queriť utrū in eodē instāti creet ⁊ annihilet euiternū. si referatur ad instās eternitatis certū est q⁹ in eodē. Nā si annihilaret euiternū eēt annihilatio ei⁹ in illo eodē instāti eternitatiꝭ in quo fuit ei⁹ creatio. sed si hoc dictū referat ad instās ipsius eui nec dicem⁹ q⁹ in eodē instāti possit eē creatio ⁊ annihilatio euiterni. nec q⁹ in alio ⁊ alio instāti. Sz dicem⁹ q⁹ in euo nō est nisi vnū instās creatio ergo euiterni fuit in illo vno instāti. uel fuit in creatiōe illi⁹ vni⁹ instātis. destructio autē euiterni nō esset in instāti eui: sed in destructiōe instātis. dabimuꝭ ergo instās eui in quo creat euiternū. sed nō dabim⁹ instans in quo annihilet. sed dabimuꝭ destructionē instantis. sed si hoc dictuz referat ad instans temporis si tēpus est coequeuuz angelis ⁊ si sunt quatuor coequeua ꝑz q⁹ videť dicere beda. sic dabim⁹ aliō ⁊ aliō instās in quo est angeli ꝓductio in quo esset ei⁹ annihilatio si euū erat tēpus qn̄ fuit angelus ꝓduct⁹. ⁊ si esset tēpus qn̄ annihilaret in alio ⁊ alio instāti tēporis posset eē eius ꝓductio ⁊ annihilatio. dicim⁹ autē q⁹ esse posset in alio ⁊ alio instāti tpis. sed posset hoc esse. si enī nō esset tēpus cū ꝓduceret ⁊ cū annihilaretur angelus nō esset in alio ⁊ alio instāti tpis ꝓductio ⁊ annihilatio eius qz nō esset instans tpis in quo hoc fieret. Rursus si de⁹ ꝓduceret angelū in instanti annihilatio post instās esset⁹ eui. tūc loquēdo de ꝓductione annihilatiōe angeli quodāmodo sicut loqmur de generatiōe ⁊ corruptiōe. Sz si aqua corrūpatur ⁊ fiat ignis: nō dabimus instās in quo ultimo fuit aqua. sed dicem⁹ q⁹ in toto tēpore precedenti fuit aq̄ in instāti qđ copulat ad illud tēpus icipit eē ignis. sic si angelus nō duraret nisi per instās tēporis: dici posset q⁹ in instāti eēt ei⁹ creatio. uel in instāti posset dici q⁹ angelus est. ⁊ in toto tpe qđ sequit ad illud instans posset dici q⁹ nō posset eē. sed ꝑm hoc ergo possem⁹ dare instās tpis in quo primo angelus est. sed nō possemus dare primo instās tēporis in quo primo nō est qz tūc instans illud annihilatiōis se haberet ad instās creationis cōsequenter cū dictū sit q⁹ angelus nō duret nisi per instans tēporis. instantia autē in tempore se haberēt cōsequēter qđ est impossibile. qz sicut iter quelibet duo puncta in linea cōtinua cadunt infinita puncta: ita q⁹ punctus pūcto nō est cōtinuus nec cōtiguus: nec cōsequenter se habēs. sic inter duo instātia in tempore cadūt infinita instantia. ita q⁹ instans instāti nec est cōtinuū nec cōtiguū nec consequēter se habens. diximus autē q⁹ hac hipothesi stante q⁹ angelus nō duraret nisi per instās temporis quodāmodo esset. eodē modo loquēdo de creatiōe ⁊ annihilatione angeli sicut loquimur cū aliqua res corrūpitur ut talis gñet. qz sicut nō damus ibi duo instantia. vnum in quo ultimo est res que corrūpit. ⁊ aliud in quo primuz est res que generat. sicut in creatiōe ⁊ annihilatione angeli nō dabim⁹ duo instantia etiā tēporis. diximus enim esse quodāmodo simile hic ⁊ ibi qz nō est per oēm modū. qz tēpus per se cōparat ad generabilia ⁊ corruptibilia. est enī per se eorū mēsura. sed ad euiterna nō cōparatur tēpus ꝓprie sumptū per se sz per accidēs. Redeam⁹ ergo ad ꝓpositū ⁊ dicam⁹ q⁹ si attēdit distinctio superi⁹ habita: euiternū pōt cōparari ad triplex instās. videlz ad instās mēsure pmanētis: ⁊ ad instās mēsure successiue. ad instās autē mensure pmanētiꝭ pōt euiternū cōparari dupliciter. videlicet ad instās eternitatis qđ est quasi mēsura extrinseca ipsoꝝ qz nō dependet ab ipsis euiternis. ⁊ ad nūc eui qđ respōdet euiternis quasi mēsura intrinseca. respectu ei⁹ instātis mēsure pmanētis intrinsece cuius est nūc eternitatis de necessitate in eodē nūc est tot⁹ defluxus rerū ⁊ eē ⁊ nō esse eorū. respectu aūt instantis mēsure pmanētis intrinsece cuiusmodi est nūc eui ipossibile est q⁹ esse ⁊ nō eē euiterni sit in eodē instanti: ⁊ ipossibile est q⁹ sit in alio ⁊ alio instanti. sed ut dixim⁹ ꝓductio euiterni est instātis eui annihilatio ei⁹ nō esset in instāti eui: sed in destructiōe istātis. Sz si ꝓductio ⁊ annihilatio euiterni cōparet ad instās mēsure successiue cōtingeret q⁹ det aliud ⁊ aliud instans tēporis in quo fuit angelus ꝓduct⁹ ⁊ in quo fuit annihilatus. q⁹ ut cōtingat duo requirunt. videlz q⁹ fuit tēpus qn̄ fuit angelus ꝓductus ⁊ quādo fuit annihilatus: ⁊ etiā q⁹ durauerit angelus plus q⁹ instās tēporis. Naz si nō esset tēpus quādo crearet angelus nec quādo annihilaret. nō esset dare instās in quo fieret hoc ⁊ illud nisi instans imaginatū. ⁊ etiaz ut diceba mus. si ꝓduceret angelus ⁊ statim desineret eē. ita q⁹ nō duraret ei⁹ esse nisi per instās tēporis nō esset dare aliud ⁊ aliud instās tēporis in quo crearet ⁊ annihilaret angelus. qz instātia in tpe ut dicebam⁹ conseqūter se habere nō pōt. sic ergo dicēdū est de creatione ⁊ annihilatione euiternoꝝ ꝓut referunť ad instans eui dādo suū euū cuilibet euitēno. Sz si ponere tur euū in primo euiterno solū. ⁊ quereret utrū in eodē instāti eui uel in alio ⁊ alio posset eē creatio ⁊ annihilatio euiterni. dicerem⁹ aliter loquēdū esse de primo euiterno ⁊ de alijs euiterniꝭ. cōparabit enim hoc posito euū ad ipm euiternū sicut ꝑm pōnez nostrā cōparat ad qōlibet euiternū. creatio ergo primi euiterni fuit in istāti eui. annihilatio vō eius esset in destructione instātis. sed hac hipothesi stante alia euiterna possent creari ⁊ annihilari in instāti eui. Si ergo nō est euū nisi in primo angelo si materia crearet vnum euiternū crearet in instāti illi⁹ eui. ⁊ si annihilaret eēt annihilatū in eodē istāti ipsi⁹ eui. quodā modo ergo duraret illud euiternū primū. nō eēt in eo nisi vnū instans eui. qđ instās cōprehēderet durationes aliorum euiternorū durāte eni primo euiterno ꝑm hanc hipothesim siue crearent: siue annihilarent euiterna hoc semper fieret in instanti sui eui. ¶ Soluta difficultate de possibilitate anihilatiōis euiternorū de leui potest solui difficultas de pluritate mēsurarū. Nam cū dicit q⁹ in istis tēporalib⁹ eadē mēsura mēsurat eoꝝ motus ⁊ eorū esse accipiēdo mēsurā large ꝓut quid dicit mēsurari tpe. uel instāti dī mēsurari eadē mēsura. qz taz tēpus q⁹ nūc eius est mēsura successiua. licet non eodē modo qz tempus est mēsura successiua. qz est in ipso successio. instans aūt tēporis est mēsura successiua. qz est illud qđ succedit ⁊ fluit: qz nūc fluēs causat tempus.

videmus enim q motus est quid successiuū. qz est id qō successioni substernit. z qz eadē est ꝓportio nunc tpis ad tps que est mobilis ad motū: sicut raz mobile q̄ motꝰ pōt dici q̄d successiuū. sic tam tps q̄ nūc tēporis q̄d successiuū dici pōt. lz ergo motꝰ z opationes tpaliū mēsurent tpe. esse vō ipsoruz mensuretur nūc tēporis. totū tamē quodāmō mēsurat eadē mēsura: qz totū mēsurat mēsura successiua. sed q̄uis sic sit in istis tpalibus z q̄uis sit maioz vnitas euiternis eē: tñ opatiōes euiternoz nō mēsurant vna mēsura: sicut eē z opatiōes tpaliū. qz ꝓtigit ex perfectiōe euiternoz z impfectiōe tpaliū. Naz q eē tpaliū nō est esse eternū. ideo nō hz ꝓpriā mēsurā. eē eni tpalium qz est eē mobiliter reducit ad mēsurā tpalē z ad mēsurā mobilē: qz mēsurat nūc temporis. sed esse euiternorū: qz est esse eternū z est eē stabile. ita q̄ fm nature cursum impossibile est tale esse deficere. Inde est q illud esse nō pōt habere eandē mēsurā cū ipsis motibus. sed operatiōes angelorū mensurant tēpore. qz in eis pluralitas z successio est. eē ergo eorū mēsurat euo qz in eo est vnitas z stabilitas. nō est itaq ex simplicitate uel ex vnitate tpalium. q tam esse q̄ opationes ipsorū reducunt ad eandē mēsuram cū motu. sic etiā si cōparent euiterna ad tēporalia nō est ex perfectione ipsorū. qz alia mēsura mēsurat eorū esse. z alia eorū motus z operatiōes. sed magis est ex eoz perfectiōe ut qō habēt esse eternū z esse stabile. iō eorū esse habet aliā z aliā mēsurā q̄ operationes. Dicimꝰ aūt q si cōparent euiterna ad tēporalia nō est ex eorū imperfectiōe q alia z alia mēsura mēsurat eē eoz q̄ opationes. qz si cōparent euiterna ad deum posset hi' assignari causa iperfectio euiternoz. Nā esse dei z opatio mēsurat mēsura pmanēte. esse autē nunc z opationes tpaliū mēsurat mēsura successiua. euiterna ergo tenēt modū mediū: qz eoz eē mēsurat mensura pmanēte. opationes vō mēsura successiua. posteriora ergo sunt euiterna tpalibus. qz non totū qō est in eis mēsurat eadē mēsura. videlz successiua z iperfectiora sunt deo. qz nō totū qō est in eis mēsurat mēsura pmanēte. qō ergo euiterna fm aliq̄d eoz mēsurant mēsura pmanēte. z fm aliq̄d mēsura successiua. hoc est qz superāt tēporalia z deficiūt a deo. ¶ Tertia aūt difficultas sumpta ex diuersitate inceptionis euiternoz si cōsiderent ante dicta de facili soluitur. Nam cū distinxim' de prioritate z posterioritate. diximus q in euo fm se q̄tum ad suas partes non erat ꝓritas z posterioritas. lz fm se totū z respectu alteri' mēsure nō est icōueniēs in euo eē ꝓritatē z posterioritatē. Nā euū cū nihil de eo pr' eēt: totū postea icepit esse. z si de' uellet euiternū annihilare euū illi' euitni qō nūc totū est post illi' annihilationē nihil de ipso esset. fm ergo se totū est ibi aliqs modus prioritatis. z respectu alteri' mēsure ibi pōt eē prioritas z posterioritas. pōt enim eē prioritas z posterioritas in euo respectu tpis z ecōuerso z in vno euo respectu alteri' eui. potuisset eni de' si uoluisset. fecisset enim tūc aliquo mō tps z tñ nō fuisset euū. dicimus autez aliquo mō qz tps ꝓpie nō pōt esse nisi in cozpe perpetuo. cozpus aūt ꝑpetuū sine euo eē nō pōt. qz esse cuiuslibet perpetui mēsurat euo. Rursus si de' angelos fecit ante mūdū: sicut aliqui doctores grecorum senserūt. fuit euū ante tps ꝓpie dictū. dicim' aūt ante tps ꝓpie dictū. qz loquēdo de tpe large nō fuisset euū sine tpe. Nam si de' fecisset angelos ante mūdū in ipsis angelis fuisset euū q̄tum ad eorū esse. fuisset etiā in ipsis tps q̄tum ad eorū operatiōes. uerum qz tempus ꝓpꝛie nō nisi in motu ꝓximi mobilis. si de' fecisset angelos ante mūdū fuisset euū. nō tñ fuisset tēpus ꝓpꝛie sumptū. qz nō fuisset motꝰ alicui' cozporis. z qz dictū est de inceptiōe: qz potuit aliquo modo euū ante tps z ecōuerso: intelligēdū est de destructione z desinere eē. qz posset aliquo mō desinere eē euū ante tps z ecōuerso. imo fm rei ueritatem ut nobis reuelatū est per scripturā sacrā. tps ꝓpꝛie sumptū cessabit z nō cessabit euū. qz cessabit motꝰ celi. z sol z luna stabūt in habitaculis suis. z tūc nō erit amplius tps. loquēdo de tpe de quo nūc loq̄mur. qz nō erit motus celi. potest ergo in euo esse aliquo mō ꝓrioritas z posterioritas respectu tpis. Rursus in vno euo potest esse ꝓrioritas z posterioritas respectu alteriuſ eui. qz posset de' post creationē vni' euiterni creare aliū euiternū. euū ergo ipsius euiterni posteri' creati esset posteri' euo euiterni creati pri'. qō si dicat aliquorū ponētiū fuisset nō esse nisi vnū euū q ponitur eē in ꝓximo euiterno. dicem' qz etiā in sustinēdo hāc pōnem adhuc est uerū q in vno euo potest eē prioritas z posterioritas respectu alteri' eui. Nam posset de' annihilare ꝓximū euiternū. quo posito icipet esse euū in alio euiterno. qz annihilato ꝓximo euiterno fz euiternū iciperet eē ꝓximuz euiternū. euū ergo ꝓximi euiterni annihilati fuisset pri'. z euū q poneret in alio euiterno incipet eē posteri'. q̄tūcūq ergo euiterna simul icipiāt nō arguit in euo fm se. z fm suas ptes esse prius z posteri'. sed arguit q vnū euū potuit incipe prius q̄ aliud qō cōcedam'. sed ꝓpter talē prioritatē nō est cōcedendū euū eē mēsuram successiuaz. qz mēsura successiua nō dicit q̄libet prioritatem. uel ad mēsuraz successiuā nō sufficit quelibet prioritaſ z posterioritas. sed prioritas z posterioritas partis post partē facit successiuā mēsurā. ut ideo tēpus est successiua mēsura qz parti priori succedit pars posterioz. q si tpſ totū simul incipet z postea totū simul desineret uel haberet aliā prioritatē z posterioritatē dum non haberet partē post partē nō mereꝛ dici successiua mēsura. z qz hoc in euo est ipossibile ponere. iō in euo totū mensurat totū. nec est ibi possibile ponere q pars succedat parti. vñ aug. 12. de ci. dei. ca. 16. imortalitatez angeloz. i. eoz eē ꝑpetuū negat habere preteritū z futurū. dicit eni q imortalitas angelorū nō transit in tēpore nūc preterita est quasi iam sit. nec futura quasi nondū sit. Jn ipsa eni angelorū imortalitate. i. in illorū esse perpetuo. nō est ibi preteritū z futurū. qz pars ibi nō succedit parti z ꝓpie loquendo nō est ibi successio. ¶ Ostēso qualiter est distinguēdū de priori z posteriori in euo ne per equiuocationez decipiamur. uolum' adducere rōnes ad ꝓpositū ostēdētes q nō sit in euo successionē ponere qō est principale quesitū z qō ꝓponebat tertio declarādū habet aūt satis hec ueritas si ꝓsiderent prehibita. ad maiorē tñ declaratiōnē intētioīs cōis uolum' ad ꝓpositū triplicē rōnem adducere. ꝓpi qō sciēdū q euū q̄tū ad pens spectat pōt ad tria cōpari. est eni euū mēsura media iter eternitatē z tps. Rursuſ euū fundat in eē sicut tps in motu ut pz si ꝓsiderent dicta dionyſij in. 10. de di. no. euū ergo ul' cōparabit ad eternitatē a qua deficit que est mēsura iferioz. uel cōpabit ad tps qō excellit z supat quo est supioz mēsura. ul' cōpabit ad eē in quo fundat ex hijs aūt trib' cōparatiōib' sumunt tres rōnes pcludentes itētū. ꝓma rō talis. Nā fm dion'. 10. de di. no. nō oio z absolute igēita z ve etna scriptura. dic etna q̄si dicat q que nō sūt simplr z uere etna scriptura dic etna eē qz pticipāt aliqs ꝓditioneſ etnitatiſ simplr eni

ꝛ uere etern⁹ est solus deus. angelis si cōpetit eternitas: hoc est per quādā participationē. euū ergo qđ dī esse angelorꝫ mēsura nihil est aliud ꝙ quedā participatio eternitatis. imo si uolum⁹ fm ꝓprietatē uocabuli loq euū idē est qđ eternitaʒ. eternitas eni fz vnū modū ethimologizādi pōt dici ꝙsi eternitas uel entiʒ entitas ꝛ euū ab eē dī. euū eni ꝛ eternū ab eē sumpta sūt. entia eui que hñt eē eternū uel que hñt eē nō mobiliter uel iuriabilr dicunt mēsurari euo uel eternitate. imo fm quosdā eternū dictū est per sincopā ab euiterno. ꝛ eternitas dicta est per sincopā ab euitternitate ꝛ si bñ ꝓsiderent dicta dam̄. ꝛ dionysij nō distiguūt inter euū ꝛ eternū. qđ aūt idē significet euū qđ eternū pʒ per huguitionē qui in diuinatiōib⁹ ꝙs facit de suʒ es est. ait ꝙ ab esse deriuat euū. ꝛ idē ibidē subdit ꝙ eternitas est idē qđ euū. sʒ lʒ sic sit ꝛ lʒ eternitas ꝛ euū idē significēt: attn penuria uocaburoruʒ hoc fecit: ut eternū accipet ꝓ eternitate simplr. ꝛ euū ꝓ eternitate pticipata. Jō de⁹ dī eē etern⁹ qz mēsurat eternitatē simplr. angeli eni dicunt mēsurari euo qz mēsurant eternitate pticipata. videdū est ergo que sūt ꝓditiōes eternitatis. uel videdū est que sūt ꝓditiones eui qđ est idē qđ eternitas. ꝛ videdū est quō euū qđ est idē ꝙ angelorꝫ mēsura uel qđ est idē qđ eternitas pticipata participat ꝓditiones eternitatis simplr. Sciēdū est ḡ ꝙ ꝓ prietates eternitatis simplr. uel ꝓprietates eui qđ est idē qđ eternitas simplr ꝓsiderent uerba dionysij. 10. de di. no. sunt antiquū ꝛ iuariabile totū fm totū metiri eternitas eni simplr dicē qđ antiquū qz nō potuit icipere esse. dicit inuariabile quia nō potest desinere esse. dicit totū fm totū metiri: qz pars ibi nō succedit pti. fʒ eni phm tps nō potuit icipe nec pōt desinere. attn ubi pars succedit pti. sic ergo loquēdū est de tpe fm phm. attn fm ueritatē ꝛ potuit icipe ꝛ icepit: desinere ꝛ desinet. tps ergo fʒ ꝓditiones tactas in nullo participat ꝓditiones eternitatis. nec ꝙtū ad nō posse icipe eē. nec ꝙtū ad nō posse desinere. nec ꝙtū ad totū fm totū metiri. Euū vo qđ cōi noie dī eternitas pticipata nō pticipat ꝓditiones eternitatis ꝙtū ad nō posse incipe qz potuit icipe ꝛ icepit. nec ꝙtum ad nō posse desinē qz ꝛ si nō desinit pōt tn desinere. Si ergo pticipat aliqs ꝓditiones eternitatis ut possit eē eternitas pticipata. dicēdū est ꝙ ei cōpetit totū fʒ totū metiri. lʒ euū incipe uł desinere fozte per se nō faciat dziaʒ in mēsura. qz fm quosdā tps potuit nō icipe ꝛ euū etiaʒ qōlibet hoꝫ posset desinere. quo posito si tps nunq̄ icepisset ꝛ nunq̄ desineret nō hꝫet eēntialē dziaʒ ad seipm. attn si tps eēt talis ꝓditiōis ꝙ nō potuisset incipe ꝛ nō posset desinere tps ꝙ poneret eē tale hꝫet eēntialē dziaʒ ad tps de quo nūc loquimur. euū ergo ꝛ tps ꝙtuʒ ad icipe ꝛ desinere nō deficiūt nisi fʒ uoluntatē dei creātis. hoc est eni solū de rōne eternitatis simplr ꝙ ipsa sit necesse eē simplr. ut qđ nec potuit icipe nec pōt desinere. tps aūt ꝛ euū poterūt icipe ꝛ iceperūt ꝛ utrūq̄ pōt desinere eē. Si aūt desinit eē tps ꝛ euū. hoc est qz sic ordinauit sapiētia creatoris. Si ḡ cōparet euū ad eternitatē. uel euū nō est alit eternitas pticipata ꝙ tps: uel nō plus pticipat de ꝓditiōibus ei⁹ ꝙ tps. uel si plus pticiparet ꝙ opʒ ponere necesse est qđ ei cōpetat totū fʒ totū metiri. ꝛ qz idē totū fm totū metiri qđ nō est mēsura successiua ꝓpe loquēdo nō erit euum successiua mēsura. ¶ Scōa via ad hoc idē sumit si cōparet euū ad tps. Nā fm ꝓculū ꝓpōne. 93. ois eternitas est mēsura eternoꝫ ꝛ oē tps tēporaliū. ꝛ hee due mēsure sunt solū in entibus vite ꝛ mot⁹. ꝓbat eni ibi ꝓculuʒ ꝙ nō sūt ibi due mēsure entiū uel durationis entiū. s. ꝛ tps. Nā dcq̄d mēsurat durationē alicui⁹ ut idē ꝓculus ait. uel hoc est fm partē qz pars ptē mēsurat. ut qz mot⁹ nō est tot⁹ simul. sed pars hʒ eē post ptē. ꝛ iō sicut hʒ eē sic mēsurat ꝛ talis mēsura est tps. uel hoc est fm totū. ut qz illud qđ mēsurat est totū sil. ꝛ iō totū mēsurat totuʒ ꝛ talis mēsura est eternitas. ꝛ qz nō est dare mediū inter mēsurare totū siml ꝛ nō mēsurare totū simul ptē post ptē. iō nulla est mēsura que nō sit tps uel eternitas. sed tn distinguem⁹ de eternitate. qz est eternitas simplr qua mēsurat de⁹: ꝛ est eternitas que cōi noie dī euū. eēntialis ergo dzia iter euum ꝛ tps est qz tps est mēsura fm ptē. euū aūt fm totū. imo dcq̄d nō est mēsura fm totū sʒ mēsurat ptez post ptē illa mēsura est tps. qz hec est eēntialis dzia cōpletiua tpis qđ mēsuret ptē post partē. ut pʒ si ꝓsiderent uerba ꝓculi. hoc idē pʒ si ꝓsiderent uerba aug. 2. de ci. dei. ca. 7. ꝙ nullū possit eē tps si nulla eēt creatura cui⁹ mutabilib⁹ motib⁹ ageret. hoc est ergo tps ꝙ agit mutabilibus motibus creature. ꝛ qz hoc est de rōne mot⁹ ꝙ nō sit totū sil hec est cōpletiua dzia tpis qđ sit mēsura fm ptē ꝛ qđ nō mēsuret totū sil. euuʒ ergo ꝛ si cōpet ad eternitatē cui⁹ est quedā pticipatio cōpetit ei nō hꝫe successionē. sʒ metiri totū fm totū qz in hoc eternitatē pticipat. ꝛ ēt si cōpet ad tps cōpetit ei hoc idē: qz in hoc hʒ eēntialē dziaʒ ad ipm. uł ergo euū est idem qđ tps si est mēsura successiua ꝛ si est mēsura fm ptez uel si eēntialr differt a tpe opʒ ꝙ nō cōpetat ei metiri fm ptē ꝛ hꝫe successionē qz hoc est essentiale tēpori. ¶ Tertia via ad hoc idē sumit ex ipso eē in quo fūdat. possum⁹ aūt distiguere ꝙdrupl'r eē. videlʒ eē dei eē euiternoꝫ. eē tpaliū. ꝛ eē accntiuʒ. ꝛ possumus distinguere triplicē uariabilitatē. videlʒ fm expntiaʒ: dispositionē: ꝛ possibilitatē. oēs aūt hee tres uariabilitates possūt cōpetere ipsi eē accntiū. ꝛ potissime cōpetūt ipsi eē accntiū suscipiētiū magis ꝛ min⁹. due aūt hꝫ istaꝫ uariationū cōpetūt ipsi eē sbaꝫ tpaliū. vna aūt cōpetit ipsi eē euiternoꝫ. nulla aūt cōpetit uł cōpetere pōt eē diuino. eē aūt accntiū ꝛ potissime accidētiū suscipiētiū magis ꝛ min⁹ pōt uariari fm existētia: dispōnez: ꝛ possibilitatē. fm expntiā quidē: qz opʒ in tali esse dare gradū. vna eni ꝛ eadē fozma caloris fm ꝙ iuenit sbm magis ꝛ min⁹ dispositū dat ei magis ꝛ min⁹ eē calidū. ipm ḡ eē caloris ēt fm expntiam quā hʒ in sbo suscipit uariationē qz pōt eē pfectuʒ ꝛ iperfectū. ꝛ si tale eē suscipit uariationē fm expntiam quā hʒ: certū est ꝙ suscipit uariationē fm dispōnem. qz pōt eē in mā magis ꝛ min⁹ disposita. ꝛ certū est ꝙ recipit uariationē fm possibilitatē. qz pōt uariari de eē ad nō eē ꝛ ecōuerso. eē aūt sbaꝫ corruptibiliū nō hʒ ptē ꝛ partē fm expntiā. nec uariat fʒ expntiā. qz fozme sbales dāt eē specificū. cū ḡcūq̄ āt uariatiōe facta in tali eē uariat spēs. tale ergo eē in sua expntia uariationē nō suscipit sed est pūctale ꝛ simplex. suscipit tn uariationē fm dispōnez. qz pōt esse in materia magis ꝛ min⁹ disposita. ut fozma aque cum est in mā frigida est magis mā sibi disposita ꝛ ꝓportiōata ꝙ cuʒ est in mā calida. imo posset aq̄ intm calefieri ꝙ resolueret in subtilius corp⁹ ꝛ ulteri⁹ nō eēt aq̄. suscipiūt eni fozme sbales magis ꝛ minus nō fm se. sed fm accidētia eis aduenientia siue adiūcta fm que disponitur ut fozmius stent in materia. ut cū sunt coniūcta accidētibus ꝓpositis uel disponunt ut citius deficiant ꝛ corrumpant ut cum sunt cōiūcta accidentibus oppositis. suscipit etiaʒ eē substātiaꝫ corruptibiliū uariationē fʒ possibilitatē ꝛ pōt uariari de eē ad nō eē ꝛ ecōuerso.

esse aũt euiternoꝝ nec ſm exiſtentiã: qz nõ hñt ptez ꝛ partẽ. nec ſm diſpõez qz nõ põt eẽ in ſba magis ꝛ min⁹ ſuſcipit. nõ eni ſic dicemus de euiternis ſicut de ſbꝫs corruptibilib⁹. in ipis eni paſſio magis fcã abũcit a ſba. põt eni aliq̃ uariatio fieri in iſtis corruptibilib⁹ per quã diſponit ad nõ eẽ. ſed nihil tale põt fieri in euiternis. eẽ ergo illoꝝ nec ſm exñtiaz nec ſm diſpoſitionẽ uariationẽ ſuſcipit. ſz ſi eſt ibi aliqs uariationis modus: hoc eſt qz tale eẽ põt deficẽ nõ ſm nãe curſuz: ſz ſm ſubtractionẽ diuine ifluẽt ie. eẽ aũt diuinuz eſt oino a uariatiõe ſemotũ. pz itaq; q eẽ accñtiũ ſuſcipiẽtiũ magis ꝛ min⁹ hz gradus ꝛ hz ptẽ ꝛ partẽ ſm exñtiã. ꝛ iõ ſm ſe in tali eẽ põt eſſe mot⁹ ꝛ ſm ſe tale eẽ põt mẽſurari tpe. eẽ aũt ſbaꝝ corruptibiliũ ſz ſuã exñtiaz nõ hz gradus: ſz eſt qd pũctale. hz tñ gradus ſm diſpõez mãe in qua exiſtit. iõ ipm ſm ſe nõ mẽſurat mẽſura ſucceſſiua. iõ ꝛ ſi mẽſurat mẽſura ſucceſſiua qz mẽſurat iſtãti tpis hoc eſt per accñs qz hz eẽ mobilr ut eſt in mã ſuſcipiẽte ꝟrias diſpoſitiões. ſz eẽ euitnoꝝ unũ ꝛ idẽ nõ hz graduſ. nec ſz exñtiã nec ſm diſpõez. iõ nõ põt ibi eẽ ſucceſſio ſm ptẽ. ut qõ vn⁹ gradus ſuccedat alteri ſicut in accñtib⁹. nec ſz diſpoſitionẽ. ut q diſpoſitio in nã euitni gradati ſuſcipiat cõplemẽtũ. ul' q vn⁹ gradus ſuccedat alt̃i. ſi aũt eſt ibi aliqs uariatiõis modus hoc nõ erit ſz ptẽ ꝛ ptez nec q̃tuz ad exñtiã. nec q̃tuz ad diſpõez. ſz ſolũ erit ſz totũ ꝓut totũ põt icipe eẽ ꝛ totũ deſinẽ. igit̃ cũ nihil mẽſuret mẽſura ſucceſſiua: nihil qõ hz partẽ poſt ptẽ ſi ꝓſideret eẽ euitno ſup qõ fundat euũ ꝛ qõ mẽſurat euo nõ põt mẽſurari mẽſura ſucceſſiua. qz non hz ptẽ poſt ptẽ nec q̃tuz ad exñtiã nec q̃tũ ad diſpoſitionẽ. ꝓpt̃ qõ euũ qõ ẽ mẽſura taliſ nõ ẽ mẽſura ſucceſſiua: nec ẽ mẽſura ſz ptẽ: ſz ſolũ ſz totũ. nec tñ eſt ita mẽſura ſz totũ ſic eternitaſ. Nã eternitas ſic mẽſurat eẽ diuinũ q illõ eẽ nõ põt deficẽ g̃dati nec ſz exñtiã nec ſm diſpõnẽ: ut qõ deficiat pars poſt ptẽ. nec etiã põt deficẽ totũ ſil'. ſz in eẽ euiternoꝝ ſz nõ poſſit eſſe defect⁹ ptis poſt ptẽ nec ſm exñtiã nec ſm diſpõez ſicut in eẽ accñtiũ ꝛ in eſſe ſbaꝝ corruptibiliũ. põt tñ ibi eẽ defect⁹ ſm totalitatẽ. qz ſic totũ illud eẽ ſimul icepit: ſic totũ ſimul poſſet deficere. mẽſurat ergo eẽ euitnoꝝ mẽſura nõ ſucceſſiua. que tñ eſt ualde differens ab eternitate ſimplr qua mẽſurat eſſe diuinum.

hēt se per intētionē uolūtatis cōuertētis se sup ipsam vñ ⁊ Aug⁹ in libro de trini. multotiēs hāc sentētiam ꝓfert q cū a spe que est in memoria informat itelligē tia qō est ibi uolūtas nectēs. Sed spēs que est in memoria est spēs intelligibilis. Informatio itelligentie est act⁹ itelligēdi cātus ab illa spe. cū ergo hoc fiat p uolūtatē nectētē p3 quō intellect⁹ reducit in actū per spēm intelligibilē: q2 hoc fit per uolūtatē cōuertentē se sup illā spēm: per quā cōuersionē gñat act⁹ itelligē di ⁊ vnit ⁊ nectit talis act⁹ cū spe a qua cātur. ¶ Qō vo. 6. dicebat q sola eēntia diuina pōt eē rō itelligen di se ⁊ alia: q2 sola illa est alioz creatrix. p3 q hec rō nō cōcludit intētū: q2 nō plus arguit cōtra spēm itelli gibilē q̄ cōtra habitū: imo si bñ aduertim⁹ nō solū non ꝓcludit itētū ⁊ ꝓpositū: imo oppositū: q2 magis argu it cōtra habitū q̄ cōtra spēz. vult ergo hec rō difficul tatē hanc sibi solui: videlicet quō spēs in mēte angeli pōt eē rō intelligēdi aliq̄d alterū: ⁊ quō pōt aliq̄d al terū repñtare cū nō sit alicuius rei creatrix. sed cum nec hab⁹ q̄d ponūt in mēte angeli sit alicui⁹ creatiuus: queremus quō ille possit eē rō intelligēdi aliq̄d aliō. Dicem⁹ ergo q aliq̄ duo pñt se sic hēre q vnū pōt eē rō intelligēdi aliud. uel q2 vnū est ꝓductiuū alteri⁹. uł q2 ambo sunt ꝓducta a tertio. eēntia enī diuina est rō intelligēdi res q2 est cātiua rerū. spēs intelligibilis in mēte nr̄a est repñtatiua rerū: nō q2 sit reruz cā: sed q2 est a reb⁹ cāta. spēs in mēte angeli est repñtatiua rerū: nō q2 vnū sit cātū ab altero: sed q2 ambo sunt causa ta a tertio. ut q2 ab eadē idea ꝓcessit res ꝑm ꝓpriam formā in ꝓpria nā: ⁊ ꝑm spēm itelligibilē in mente an geli. ideo pōt vnū repñtare alterū. Sūt enī aliq̄ duo similia: nō solū si vnū sit factū ad similitudinē alterius. sed ēt si ambo sint facta ad similitudinē tertij. Et ideo bñ di cebam⁹ q hec rō magis est cōtra hitū q̄ ꝓ habitu. Nā si ponat hitus cōnalis in mēte angeli ille nō erit creat⁹ a reb⁹ nec creatiuus reruz nec ēt erit creat⁹ ab eadē idea cū ipsis reb⁹. nā cū sit quedā res per se in ge nere op3 ipm ab idea alia ꝓcessisse. nō enim due res per se in gñe ab idea eadē uel ab eadē rōne sunt condi te. sed singula talia iuxta Aug. sniam ꝓpriis rōnibus sūt ꝓducta. hitus ḡ ille nō poterit repñtare aliquā ali am rē q2 nō est ꝓduct⁹ ab eadē idea cū aliq̄ alia re. sed spēs hoc poterit ut eē pōt per hita manifestū. ¶ Qō vo. 7. dicebat q si a spe illa ꝓcederet itelligere tūc se hēret itelligere ad illā spēm sicut lucere ad lucē: ⁊ q2 nō pōt lux nō lucere: nō posset illa spēs nō cāre actuz itelligēdi. p3 q2 lz potētie nāles sint ad vnū tm̄. poten tie rōnales iuxta sniam phi in. 9. meta. sunt ad opposi ta. Uolūtas ergo est dña sui act⁹. ipsa enim facta i actu per finē mouet se ꝓ libero arbitrio ad ea que sūt ad finē. ea ergo que sūt subdita uolūtati sūt ad hoc ⁊ ad oppositū ꝓut uolūtas deliberat faciēdū. ⁊ q2 spēs in telligibiles in mēte angeli sunt subdite uolūtati quan tū ad cāndū actū intelligēdi: q2 nō pñt hi⁹ actū causa re nisi uolūtas se cōuertat sup ipsas. ideo itelligere ip sius angeli est uolūtariū ⁊ spēs itelligibilis nō semper cāt actū itelligēdi: imo hec rō nō cōcludit itētū q2 nō plus est cōtra spēm q̄ cōtra hitū. Illō idē arguerem⁹ de hitu ⁊ opteret eodē mō solui: sicut soluim⁹ de spe recurrēdo ad uolūtatē. bñ ergo dictū est q rō non cō cludebat intētū sed petebat sibi dissolui difficultatez illā quā soluim⁹. ¶ Qō vo dicebat. 8. q spēs itelligi bilis est aliq̄d informās intellectū sicut accns informat sbm: ex quo cōcludebat q act⁹ itelligēdi ⁊ ea que cir ca ipm ponim⁹ eēnt magis aliq̄d in gñe entiū q̄ in ge nere itelligibiliū. p3: q2 hec rō nō cōcludit intētuz. q2 hit⁹ magis se hēt ut accns cū sit aliq̄d per se in gñe ac cidētis. dicem⁹ ergo q spēs illa duplr cōsiderari pōt videlicet ut est informatiua sbi: uel ut est repñtatiua obi ut informat sbm ⁊ ut est aliq̄d inherens intellectui hoc accidit sibi: q2 si nō inherēs uel si obm per seipm posset ibi eē: multo magis posset cāre in itellectu actū intelligēdi. Sed q repñtatiua obi hoc est per se ꝓmo mō spēs intelligibilis ⁊ act⁹ itelligēdi ut pcedit ab ipa sunt aliq̄d in gñe entiū. scōo mō sunt aliq̄d in gñe itel ligibiliū. hāc aūt difficultatē petebat sibi solui rō sed nō cōcludebat intētū. ¶ Qō vo. 9. dicebat q intelli gere nec eēt mot⁹ ab aia nec ad aiam: sed eēt q̄d absolutū. hec rō nona eādē difficultatē hēt cū 8ª. nā itelligere ut est aliq̄d in gñe entiū ⁊ ut ꝓgredit a spe intelli gibili solū ut est informatiua sbi dicit q̄d absolutū. Sz ut est aliq̄d in gñe itelligibilium ⁊ ut ꝓgredit a spe ut est repñtatiua obi sic dicit q̄d tēdēs in obm ⁊ dic q̄d ad obm relatū. ⁊ sic solute sūt difficultates tacte ⁊ de clarata est vitas circa quesitū.

a ¶ Ad primum dicēdū q spēs itelli gibilis reqrit in mē te angeli rōne obi. ⁊ qō arguit q2 obiectū est q̄d abstractū. dici debet q spēs itelligibilis reqrit rō ne obiecti ꝓpter duo. ꝓmo si nō sit q̄d abstractū ⁊ nō sit q̄d per se itelligibile: ⁊ sic reqrit spēs intelligibilis ad intelligēdū mālia. Scōo si ipm itelligibile nō pos sit per se eē in itellectu: ⁊ sic pōt reqri spēs itelligibi lis ad intelligēdū imālia. nā quātūcūq3 angelus sit q̄d imāle ⁊ q̄d abstractū: tñ q2 nō pōt per se eē in mēte al terius angeli: op3 q sit ibi per spēm ⁊ q per spēm in telligat ab ipso. ¶ Ad 2m dicēdū q itellect⁹ nr̄ nō po test itelligē sine spe itelligibili ut patuit in solone ꝓnci pali. quare aūt indiget fantasmate cū hēat apō se spēz itelligibilē in eadē solone declaratū est. ¶ Ad 3m di cēdū q expiētia est de ipso actu. sed hita expiētia de actu accipim⁹ expiētiā de forma a qua ꝓgredit actus. expimur aūt in nobis qō intelligimus. ⁊ ex hoc iuesti gam⁹ spēm intelligibilē per quam intelligim⁹. ¶ Ad 4m dicēdū q act⁹ pfect⁹ ⁊ actus nobilis qui egredit ab habitu nō tollit spēm. quātūcūq3 enim itelligamus per habitū habilitatē potētiā. op3 nos tñ semp habe re spēm intelligibilē repñtatē obiectū. nō ꝓbat ergo hec rō q in angelo nō sit spēs intelligibilis: sed videt arguere q sil cū specie intelligibili fit ibi ⁊ habit⁹: nec hoc sufficiēter cōcludit: q2 nō est sile de itellectu nr̄o qui uadit de impfecto ad pfectū. ⁊ quē op3 habilitari ad hoc q faciliter ꝓgrediat in actū. q2 nascit sicut ta bula rasa ⁊ in potētia. ⁊ de intellectu angelico qui cre atus est plenus ⁊ in actu ⁊ qui nō hēt ieptitudinem ⁊ repugnatiā ad intelligēdū: nec uadit de impfecto ad pfectū sicut intellect⁹ nr̄. ¶ Ad 5m patet solō per iaz dicta q2 eādē solonē hēt cum ārto. ¶ Ad 6m dicēdū q illa diuisio phi q in aia sunt potētie habit⁹ ⁊ passio nes nō cōprehendit oia que sūt in aia. q2 i aia est actio itelligibilis ⁊ est actio uoluntatis: ⁊ est ibi delectatio que cōsequit actionē intelligibilē ⁊ tñ talis actio ⁊ ta lis delectatio nō sunt passiones cū sint etiā in angelis ⁊ in deo. q2 intelligere diuinū est ualde quid delecta bile ⁊ uoluptuosum ut dicit in. 12. metaphi. nec etiam sunt habitus nec sunt ipse potētie. ea ergo que enume rat phs cōprehendūt solū ea que sunt ꝓncipia actuuz nō simplr sed solū ex pte appetitus. ex parte enim ap petitus nihil est ꝓncipiū actionis nisi ipsa potētia ap petitiua uel passio uel habit⁹. nō ergo per hoc exclu dit spēs intelligibilis que nō se tenet ex pte appetitus sed ex parte intellect⁹. ¶ Ad 7m dicēdū: q habitus

ſcialis est iclinatiuus ⁊ repñtatiuus. sed iclinatiꝰ est rône sui: qz ois hitꝰ quãtũ est de se est iclinatiuus in similes actꝰ. sed repñtatiuus est rône spẽi. ideo si ponerẽꝰ habitũ sic repñtatiuũ in angelo cogeremur ibi ponere ⁊ spẽm. Et ut pleniꝰ soluamꝰ argumẽtũ dicemus ꝙ hec rõ nõ excludit spẽm nec cõcludit ꝙ sit ibi hitus. diceret enĩ aliqs ꝙ idiget angelus aliquo repñtãte obm. Sed cũ nõ hẽat difficultatẽ in suo actu nõ arguit rõ ꝙ idigeat hitu hilitatẽ potẽtiã ⁊ iclinet eã ad siles actꝰ. ¶ Ad 8m dicẽdũ ꝙ nõ est sile de actiõe nãli ⁊ de actione itelligibili: qz actio nãlis ſm ꝙ hiꝰ dicit aliqd in aliquo si nõ sit trãsiẽs. uel aliqd ab aliq si sit trãsiẽs. Sed actio itelligibilis nõ solũ dicit aliqd in aliquo ut in itellectu. sed dicit aliqd repñtatiuũ alicuius uidelicet obiecti. ⁊ ideo nõ quelibet forma põt eẽ sufficiẽs rõ actionis itelligibilis nisi sit uel ipsa forma obiecti si possit ipm obm eẽ pñs. uel sit forma repñtatiua eius. hiꝰ aũt nõ est hitus sed spẽs itelligibilis. ¶ Ad 9m dicẽdũ ꝙ nõ est sile de forma ignis respectu actiõis ignee. ⁊ de forma itellectuali respectu actionis itelligibilis. Nã actio ignea est determinata ad vnũ aliq̃ genus. ideo põt ab vna forma causari: sz actio intelligibilis extẽdit se ad obta cuiuslibet gñis. ideo vna ⁊ eadẽ forma creata nõ põt esse sufficiẽs rõ ad itelligẽdũ oia. ¶ Ad 10m dicẽdũ ꝙ si angelus per suã ẽntiã intelligeret oia eẽt actꝰ purus. iõ eẽt creator oium. sed itelligẽdo per spẽm nõ est actus purus: immo est quid cõpositum: ⁊ est in potẽtia ad eẽ: ideo non potest esse alicuius creator.

¶ Quinto querit utrũ spẽs itelligibilis exñs in mẽte ãgeli possit mouere intellectũ eius ad itelligẽdũ. ⁊ videt ꝙ nõ. qz si moueret uel moueret ut finis uel ut efficiens. nõ ut finis qz tale mouẽs est distinctũ ſm eẽ a modo: nec ut efficiẽs: qz accñs nõ hẽt rõnem efficiẽtis respectu sbi. ¶ Ꝑ. si angelus moueret seipm ad itelligẽdũ per hiꝰ spẽm eẽt simul mouẽs ⁊ motꝰ. ⁊ per ꝓns eẽt sil actu ⁊ potentia. sed hec sunt opposita nec sil eidem cõuenire pñt: ergo ⁊c. ¶ Ꝑ. intẽtionale nõ põt ꝓducere id qõ est reale: qz tũc ageret ultra suaz spẽm: sed spẽs itelligibiles hñt eẽ intẽtionale. actꝰ itelligẽdi videt hẽre eẽ reale: ergo ⁊c. ¶ Ꝑ. posteriꝰ nõ hẽt cãlitatẽ respectu ꝓoris. ergo spẽs itelligibilis que est posterior ipso itellectu nõ poterit aliqd cãre in ipso itellectu: ⁊ per ꝓns nõ poterit mouere itellectũ ad itelligẽdũ. ¶ Ꝑ. si spẽs moueret itellectũ ad itelligenduz hoc nõ eẽt nisi altero duoꝝ modoꝝ. videlicet uel ꝺa spẽs per se ⁊ tanq̃ ꝓncipale agẽs moueret itellectum uel qz obm per spẽm cãret talẽ motũ. ꝓmo mõ nõ: qz si spẽs per se moueret eẽt ibi ꝓncipale agẽs ⁊ per ꝓns assimilaret itellectũ sibi ⁊ nõ ipsi obo. ⁊ ẽt si hic esset itellectꝰ ꝓns tẽderet in cognitionẽ spẽi q̃ obi qõ falsum est. Rursus dici nõ põt ꝙ talis motꝰ fiat qz obm moueat itellectũ per spẽz: qz nihil agit per formã que est in alio. sed vnũqõq; agit per formaz que est in seipso. obm ergo nõ poterit mouere itellectũ per spẽm in telligibilẽ que nõ est in ipso. ¶ Ꝑ. si spẽs itelligibilis moueret intellectũ cuz intellectꝰ hẽat apud se plures spẽs qua rône moueret vna spẽs pari rône moueret ⁊ alia. ergo uel oẽs spẽs suũ mouebũt itellectũ ul ĩ uli mouebit ipm. sed nõ est dare ꝙ oẽs siml: ergo nulla. ¶ Ꝑ. spẽs semp est apta nata mouẽ: qz semp informat ⁊ semp repñtat obm. ergo uel semp mouet uel nunq̃ mouet. sed dicebat ꝙ hoc est ex pte uoluntatis ꝙ aliq̃ moueat: aliq̃ nõ moueat. ¶ Cõtra: ꝺcꝺd determinat aliqd in agẽdo illud est ꝓncipale agẽs: ⁊ per conseq̃s est ꝓus in agẽdo. si ergo actio uolũtatis determinaret itellectũ ad intelligẽdũ: tũc nãliter ꝓus aliqd uel let q̃ itelligeret. hoc aũt est falsum: qz bonũ apꝓhẽsuz est obm uolũtatis. ⁊ nihil possumus uelle nisi cognitũ. Inuisa enim ſm Augm diligere possumus: sed ico gnita nequaq̃. ¶ Ꝑ. si intellectꝰ intelligeret per spẽz ꝓrius oporteret ꝙ intelligeret relationẽ spẽi ad obm q̃ intelligeret obm. sed intelligẽ relationẽ ad obiectũ hoc est etiã itelligere obiectũ. ergo ex hac ꝓpõne seq̃tur ꝯdictio: videlicet ꝙ ꝓus intelligat obm q̃ intelligat qõ est impossibile. ¶ Ꝑ. si aliqua ratio est quare spẽs intelligibilis põt mouere intellectũ. ista erit qz ipsa quãtũ est de se semp est in actu ⁊ semp est apta nata mouere. ⁊ ideo hoc mõ mouebit. Sed nos videmus ꝙ intellectus agẽs semp est aptus natꝰ mouere itellectũ possibilẽ: qz semp irradiat sup fantasmata ⁊ tamẽ nõ ꝓpter hoc mouet ut apparet in somnis: ubi est fantasma in actu intellectꝰ, tñ nõ est in actu. imo impedit eius actio intelligẽdi. nõ ergo ualet argumẽtũ hoc est aptũ mouere: ergo mouet. spẽs ergo itelligibilis quãtũcũq; sit apta nata mouere itellectũ nõ ꝓpt hoc mouebit ipz. ¶ In ꝯrtũ est qõ ꝺz ꝓmum in .12. meta. forma rei que est in intellu est mouens desidertũ. sed illõ qõ mouet nos ad desiderãdũ aliqd mouet nos ad intelligẽdũ id: qz aliter non possemus desiderare ipm ut intellz aut cognitũ: g ⁊c. ¶ Ꝑ. cuilibet effectui rñdet ꝓa cã: ergo opationis itellis uel intelligibilis erit aliq̃ per se ⁊ ꝓpria cã. sed hec rõ nõ erit intellectꝰ agẽs: qz ꝓpria opatio sua est irradiare sup fantasiã. nec etiã intellectꝰ potẽtialis: qz illa est potẽtia ad intelligenduz. discurramus aũt per singula nõ inueniemꝰ nisi speciez intelligibilẽ que possit eẽ hiꝰ per se ⁊ ꝓpria cã ⁊ sic in intellectu nr̃o spẽs intelligibilis mouet ipsum ad itelligẽdũ: multo magis hoc erit in itellectu angelico ubi spẽs sunt magis in actu q̃ in intellectu nr̃o. ¶ Ꝑ. species intelligibilis ad intellectũ cõparat sicut forma ad mãm. sed mã põt agere ⁊ agit per formã. ergo intellectus põt intelligere ⁊ itelligit per spẽm intelligibilez qõ nõ eẽt nisi spẽs intelligibilis moueret ipm ad itelligendum: ergo ⁊c.

¶ Respondeo dicẽdũ ꝙ tota difficultas huius qõnis in hoc videt cõsistere. ꝙ qz hitibus pñtibus in mã cessat motꝰ ut dzin ꝓ de gñatione ca de actione ⁊ passione. Ideo pñtibus spẽbꝰ in intellectu cessabit motꝰ. nõ ergo per illas se mouebit intellectꝰ ad intelligẽdũ. ut ergo bñ appeat vitas huius qõnis in hac qõne hoc ordine ꝓcedem. Declarabimus enim ãnque. qz ꝓmo per ea que videmus in istis sensibilibꝰ in grauibꝰ ⁊ leuibꝰ quõ mouẽtur per grauitatẽ aut per leuitatẽ quã hñt apud se: declarabimꝰ quõ itellectꝰ mouet se ad itelligẽdũ per species intelligibiles ꝙs apud se hẽt. hic enim est ordo ꝙ si de itelligibilibꝰ uolumus aliqd scire opz nos ꝓ hec sensibilia manuduci. Scõo qz ex hoc videt seq̃ ꝙ idẽ seipm moueat exquo intellectꝰ per spẽm itelligibilem seipz mouet. Declarabimꝰ ꝙ demr̃atio quã facit phs in .8. phisi. videlicet ꝙ oẽ qõ mouet ab alio mouet. huic ueritati nõ cõtradicit. Tertio ostẽdemus ꝙ motus quo angelus mouet seipm aliquo mõ assimilat motui quo graue seipm mouet ⁊ quo aiatũ seipsum mouet. Quarto ad maiorẽ declarationẽ ꝓpositi manifestabimus totũ modũ intellectionis angelice: quõ põt seipz mouere ad intelligẽdũ. Ostẽdemꝰ enim ꝙ aliquo mõ mouet seipsum nãliter: ⁊ aliquo mõ uolũtarie. Quinto ⁊ ultimo adducemus rationes ad declarandum ꝓpositum. ¶ Ꝓpter ꝓmum sciendum: ꝙ ipsius

motus grauis uel leuis opz nām eius eē cām ⁊ ꝓncipium. nā exquo motꝰ grauis deorsum est qđā accidēs nāliter cōuenīēs graui opz ꝙ ipsa nā grauis sit huius accñtis nālis per se cā ⁊ ꝓncipiū. nā ut dicit in ꝓ° phisi coꝛ. mā subiecta cū forma est cā oium accñtiū que fiunt in ea: qđ potissime intelligēdū est quātū ad accñtia nālia de ꝗbus certū est ꝙ fluūt ⁊ deuiant ab ipa nā inde est ꝙ phus in 2° phisi. describēs nām dixit ꝙ est ꝓncipiū motꝰ ⁊ ꝗetis ei⁹ in quo est per se ⁊ ꝓmo nō ꝼm accñs. ipse ergo motꝰ deorsum qđ ut dicebat est qđđā accñs nāliter ꝓñs formā grauis ab ipsa nā grauis hēt eē tanꝙ a per se ꝓncipio ⁊ cā. hēt ergo i se grue vñ mouet deorsum: nō tñ ꝓpter hoc dī per seipm deorsum mouē. sed dī hoc hēre a gñante. nā illud idē agēs qđ dat formā dī dare oia accñtia que ꝓsequunt ad formā. uel ꝙ idem est illud idē agēs qđ dico nā dī dare oia accñtia que ꝓsequunt nām. sicut ergo graue nō hēt nām a se sed a gñante: ita motū deorsuz ⁊ qđlibet accñs nāle nō dī hēre a se sed a gñante. Ex hȳs aūt aliquo mō pōt nobis ꝺnotescere quō angelus mouet se ad itelligēdū. nā cū intelligere nālit cōpetat angelo: opz ꝙ hi⁹ accñtis nālis aliqđ sit in angelo ꝓ se cā ⁊ ꝓncipiuz. Sicut ergo motꝰ grauis per se causa ⁊ principium est forma grauis sic motus intelligibilis ⁊ opationis itelligibilis per se cā ⁊ ꝓncipium est forma intelligibilis. habitib⁹ ergo pñtibus in materia ⁊ forma exīstēte in mā cessat motus ad formā. sed non cessat motus cōsequēs formā. imo si cōcertāt ibi debite circūstātie tūc incipit motus cōsequēs formam: qñ iam in mā est pñs forma. cū ergo actus intelligēdi sit aliqđ cōsequēs spēm intelligibilē poterit eē motꝰ ad talē actū per ꝓsentiā intelligibilis spēi. Si se est ergo quodāmō de motu grauis per formā grauis: ⁊ de motu ad actū intelligēdi per spēm itelligibilē. differt tñ hoc ab illo: qz graue sufficiēter determinat ad motū deorsum per formā grauis. ideo graue non mouet seipm deorsum nisi per accñs remouēdo ꝓhibēs. sed angelus nō sic determinat per spēm intelligibilez ad actū intelligēdi. imo opz ꝙ per uolūtatē determinet se ⁊ cōuertat se sup aliquā spērū ad hoc ꝙ actu intelligat per illā spēm. ꝓpter qđ cōcedere possumus ꝙ angelus moueat seipm ad actū intelligēdi. In talibuꝫ ergo possumus illā distinctionē facere de uolūtario ⁊ nāli quā facit phus in .7. meta. de hȳs que fiūt a natura ⁊ ab arte. dicit enim ꝙ aliq sunt simplr ab arte. aliq ptim a nā ⁊ ptim ab arte. sic de actu uel de motu cōsequēte formā exīntē in re. dicere possumus ꝙ aliquis hi⁹ motus est simplr nālis. aliqs simplr uolūtarius. aliqs ptim nālis ⁊ ptim uolūtarius. motus enim quo mouet graue deorsum est simplr nālis: qz natura sufficiēter determinat rē grauē ad talē motū. ideo talis motꝰ est a grauāte. quodcūqz enim agēs dat nām uel dat formā dat oē accñs ad qđ sufficiēter determinat illā formā. motꝰ aūt quo angelus mouet se ad intelligēdū per spēm intelligibilē quā hēt apud se pōt cōcedi ꝙ sit simplr uolūtarius: qz per uolūtatē suam sufficiēter determinat seipz ad talē motū. Si eni actꝰ intelligēdi sic eēt a spē itelligibili sicut motꝰ grauis est a forma sua. dicerem⁹ ꝙ angelus per se nō moueret se ipm ad intelligēdū: sed moueret a suo creatore ꝙ dedit sibi spēz itelligibilē. sicut mouet graue a grauante qui dedit sibi formā grauis. nūc aūt qz spēs illa intelligibilis in determinata est ad talē actū nō determinet per uolūtatē. cōcedere possum⁹ ꝙ angelus mouet se ipm ad itelligēdū: ⁊ per ꝓñs cōcedēduz est ꝙ motus quo mouet angelus ad itelligēdū alia a se per spēm i telligibilē quā hēt apud se si sit simplr uolūtarius. sed itelligere quo angelus itelligit se per eēntiā suā est ptim nālis ⁊ ptim uolūtarius. motꝰ eni ille subiacet uolūtati nō simplr sed quodāmō. qđ quō sit i ꝓsequēdo patebit. ¶ Uiso quō causat actus itelligēdi a spē intelligibili: ⁊ quō angelus mouet seipm ad actū intelligēdi. uolum⁹ ostēdere ꝙ determinatio quā facit phs in .7. phisi. phās ꝙ oē qđ mouet ab alio mouet. huic ueritati nō cōtradicit. Declaratio enim phi ibidem ꝙ nihil mouet seipm per se. est qz si moueret seipm comperet alicui toti per se ꝺscēte pte adhuc moueret totū: qz nihil qđ cōpetit alicui per se ⁊ ꝓmo remouet ab ipso per hoc ꝙ remouet ab alio. Si ergo mouē se ipm cōpeteret toti per se ⁊ ꝓmo nō remoueret hoc a toto quātūcūqz remoueret a pte ꝺscēte. ergo per te adhuc moueret totū. ⁊ qz hoc est ipossibile: sequit ꝙ sit ipossibile ⁊ ꝓmū. Sic ergo cōcludit rō phi de toto habēte ptē. imo est q̄si per se notū ꝙ nullū coꝛp⁹ ⁊ nihil hñs ptes quātitatiuas pōt eē ad se cōuersiuum ꝙ hēat actionez ad seipm. ita ꝙ in seipm agat per se. uel ꝙ seipm moueat per se. videlicet ꝙ totū moueat totū. nā agēs ⁊ patiēs opz eē simul ut vult phs in ꝓimo de gñatione. Si ergo aliqđ tale totū moueret se ipm totū oporteret ꝙ totū attingeret totū: ⁊ ꝙ quelibet ps attingeret quālibet ptē. ergo in tali toto ptes adinuicem nō distarēt. postꝙ quelibet quelibet attingeret: sed in oi coꝛpe ⁊ in oi re quāta ptes adinuicem distāt. per se ergo est ꝙ nihil calefit ad se ꝙuersiuū ut plane ꝓbat ꝓclus in ꝓpōnibus suis. demōstratio ergo phi cōcludit de toto hñte ptes in quo ꝓpter distātiaz ptiū totū nō pōt attingere seipm. ⁊ per ꝓñs totū non pōt attingere seipsum: nisi qz pars mouet ptē: ut quia vna ps aeris attingit aliā partē aeris: pōt pars aeris calefacta calefacere ⁊ trāsmutare ptē aliā quā attingit. Subtrahas ergo a phō distātiā partiū ⁊ loquariꝭ de toto nō hñte partes cuiusmodi est angelus: qz est ſuba que nō diuidit poterit eē ad se cōuersiuū ⁊ poterit seipsum mouere ad agēdū. angelus ergo seipm intelligit ⁊ mouet seipsum ad intelligēdū. Ex hȳs autē appere pōt distinctio quaz innuit ꝓclus in. 10ª ꝓpōne sui libri. videlicet ꝙ aliqđ est qđ est simplr bonū ⁊ nō pōt ulterius acqrere bonitatē. Aliqđ aūt est qđ seipz mouet ad bonū. aliqđ vō est qđ solū ab alio acqrit pfectiones. In ꝓmo aūt gradu est ipse deus qui est simpliciter qđ bonū. In scōo vō gradu sunt spūales ſube que seipsas mouēt ad intelligēdū ⁊ uolēdū ⁊ per cōsequēs seipsas mouēt ad acqrēdū pfectiones: qz ipm intelligere est quedam pfectio intelligētis. In tertio aūt gradu sunt coꝛpora que non mouent nisi ab alio. ¶ Habito quomō intelligētie mouēt seipsas ad itelligēdū. ⁊ ostēso quomō demōstratio phi in .7. phisico rū huic ueritati nō cōtradicit. uolumus declarare tertiū. videlicet ꝙ per ea que videmus in istis inferioribus quō mouēt seipsa: possumus intelligere quō ſube separate seipsas ad intelligēdū mouēt. ꝺupliꝛ enim videmus aliqđ mouere seipz in istis inferioribꝰ. videlicet per accñs. sicut graue mouet seipsum remouēdo ꝓhibēs. vnus ergo modus mouēdi seipm est remouere ꝓhibēs. alius modus est per ptē: ut qz vna pars mouet aliā. cōsueuit aūt distingui triplex totū. videlicet totū eēntiale sicut aialis eēntialr cōponit ex diuersis ptib⁹ ex aia. ſ. ⁊ coꝛpe. ⁊ totū quātitatiuū sic coꝛp⁹ ꝓstat ex diuersis quātitatiuis partib⁹. ⁊ totum potētiale. sicut eadē aia habet in se diuersas potentias. oib⁹ aūt hȳs modis videmus totum mouere seipsum: quia pars mouet partem. nam animal mouet seipsum. qz anima

mouet corpus. Rursus aliqō corpus mouet seipsum qz vna pars mota mouet aliā partē. sic aer mouet seipsuz. qz pars aeris mota mouet aliā partē. ipsa etiaz aia mouet seipsaz qz vna potētia mouet aliaz ut itellect⁹ mouet uoluntatē z uolūtas intellectū. aia ergo per intellectū z uolūtatē mouet seipsaz. ſz iſtis totalitatib⁹ possum⁹ addere quartū modū totalitatiſ. qz ſicut est totū quātitatiuū q ꝓstat ex diuersis ptib⁹ quātitatiuis. z totū eēntiale q ex diuersis eēntijs. z totū potentiale q ex plurib⁹ potentijs. sic est aliqō totum pfectibile qō ꝓstat ex pluribus pfectōib⁹. angelus autē nō est totū eēntiale. qz nō ꝓstat ex diuersis eēntijs nec est totū quātitatiuū qz nō est qd extēſuz. est autē totū potētiale. qz hz in se plures potētias. z totū pfectibile qz hz plures pfectiōes. ad ſilitudinē ergo horū que videm⁹ hic inferi⁹ trib⁹ modis dicere possumus q angelus mouet seipsuz ad intelligēdū. primo ꝓut uolūtas angeli cōparat ad ſpēm intelligibilē z sic angelus mouet se ad intelligēdū quasi remouēdo ꝓhibens. Scōo ꝓut uolūtas cōparat ad intellectū. z sic angelus mouet seipm ad intelligēdū sicut potentiale per vnā potētiā mouet seipm per aliā ita q per vnaz est mouēs z per aliā motū. Tertio hoc cōtingit ꝓut ſpēs intelligibilis cōparat ad intellectū. Tria eni sūt ibi uolūtas intellectus z ſpēs intelligibilis z fm hec tria sūt tres cōbinatiōes z tres modi mouēdi. fm ḡ hāc tertiā cōbinationē ꝓut. ſ. ſpēs intelligibilis refertur ad intellectū angelus mouet seipsuz ad intelligendū. ꝓut totū perfectibile per vnā pfectionē mouet seipsuz ad aliā pfectionē. ¶ Primū sic patet. nā mēbra nostra sunt indeterminata ad motū qz sūt apta nata moueri ad oēz oziaz pōnis z per appetitū determinātur ad alterā partē z sic determinata mouent ad partē illā. q̄diu ergo mēbra sūt indeterminata ad motū nō mouent. ipsa ergo indeterminatio est qōdā ꝓhibēs mēbroz motū. appetitus ergo tollēs indeterminationē istā quasi remouet ꝓhibēs. sic z in ꝓposito intellect⁹ angelic⁹ est apt⁹ nat⁹ in fieri actu q̄libet speciē existēte in ipso. z quelibet ſpēs in ipso existens est apta nata informare ipm. nō aūt possūt oēs sil ipsum actu informare. opz ergo q fiat ibi aliq determinatio alicui⁹ ſpēi per quā actualiter informet. hoc aūt fit p uolūtatē ꝓuertētē ſpāliter super ſpēz illā. uolūtas ergo determinās ſpēz remouet indeterminationem ab ipsa ſpecie que erat ꝓhibens ne intellectū actualit informaret. igit ꝓut uolūtas cōparat ad ſpēm angelus mouet seipz ad intelligēdū q̄si remouēdo ꝓhibens. eo eni ipso q per uolūtatē determinat se ad vnā speciem remouet indeterminationē z per cōs remouet ꝓhibēs ꝓpter qō dī mouere seipz remouēs ꝓhibēs. ¶ Rursus ꝓut uolūtas cōparat ad intellectū dī mouere seipz ad itelligēdū ꝓut totū potētiale per vnā potētiā mouet seipz p aliā. debem⁹ eni imaginari q oēs potētie per q̄s possum⁹ agere z nō agere sunt subdite appetitui. ipse ergo itellect⁹ noster per quē possum⁹ intelligere hoc uel nō intelligere z intelligere illō ul nō itelligere est subdit⁹ uolūtati: ita q in actū suū exit per impiū uolūtatis. vñ z phs in 3⁰ de aia z in. 9. metaphisice. vult q appetitus sit uere oīs. fm hoc ergo angelus mouet seipm ad intelligēdū. z est sil mouēs z motū. ſz nō eodē mō. nec fm eādē partē. ſz fm vnā siue fm vnā ptē potētialē ut fm uolūtatē est qd mouēs. fm aliā potētiā siue fm aliā partē potētialē etiā ut fm itellectū est qd motū. Tertio fm cōbinationē tertiā ꝓut ſpēs itelligibilis refert ad itellectū. āgelus mouet seipsum p̄out totum perfectibile per vnam perfectionem mouet seipm in actu q̄tuz ad aliā pfectionē. ipsa eni sūa angeli pficit ad intellectū siue per potētiā itellectiuā z pficit per ſpēs itelligibiles z est ēt in potētia ad ulteriorē pfectionē ut ad actū itelligēdi. Ille ergo qui agit actū z ille qui agit motū opz q sit aliquo mō actu. qz nihil agit nisi ut est in actu. illō vo in quo recipit act⁹: uel in quo recipit mot⁹ fm q hi⁹ est qd in potētia. qz semp recipiēs ſz q hi⁹ est denudatū a nā recepti z est in potētia ad ip̄z receptū. ḡ si angelus in seipso cāt motū itelligibilē. ul si in seipo cāt actū itelligēdi. opz q sit sil actu z potētia. actu ut agit hi⁹ actionē. potētia vo ut recipit actionē illam. hoc aūt est ipossibile q idē fm idē z respectu eiusdē sit sil actu z potētia. ſz q idē fm diuersa respectu eiusdem sit actu z potentia non est inconueniens. eadem enim anima fm intellectum agētem est omnia facere z fm intellectum possibilem est illa eadem omnia fieri. hoc est eni de pfectiōe rei q si est aliq fieri q hēat in seipa illud qō est illa facere. ex ipfectione eni ligni est q cū lignū sit nauē fieri q nō hz in se nauifactiua q est nauē facere. z vniuersalr ex ipfectiōe māe est que cū sit oia artificialia fieri q nō hz in se artem que est oia artificialia facere. z ecōtrario ex pfectiōe aie itellectiue est q cū habeat in se itellectū possibilez p quē est oia intelligibilia fieri. hz etiā in se itellectū agētez per quē est oia talia facere. Si ergo nauifactia eēt in ligno. lignū moueret seipz ad faciēdū nauē z lignum eēt mouēs z motū. sed lignū per artē eēt mouēs. per māz eēt motū z eēt lignū in pō z in actu. in potētia p māz in actu per artē. Iste est modus phi in scōo phicorū ubi vult q si dom⁹ eēt ex⁹ que fiūt nā eodē mō fieret sicut ab arte. sic ēt si nauis esset ex⁹ que fiūt nā eodē mō fieret sicut ab arte. Si ergo in mā domificali est ars domificatiua dom⁹ fieret a nā z eēt idē in pō z in actu. ſzi pō p māz i actu p artē z idē mouēt seipz sed nō eodē mō. sic z in ꝓposito idez angelus mouet seipsuz z est in potētia z in actu ſz nō eodē mō. ſz ipse angelus per ſpēm intelligibilē est actu z est actionem intelligibilē facere. per potētiā vo intellectiuaz est in potētia z est actionē intelligibilē fieri z suscipe z hoc est perfectiōis in angelo q cū hēat in se potētiā intellectiuā per quā est in potētia ad actionē intelligibilez fieri z suscipe q hz etiā in se ſpēz itelligibilē per quā est actionē intelligibilē facere z plus est hoc in āgelo q pōt sic mouere seipm q̄ si poneremus nauifactiuā in ligno ut posset lignū mouere seipz. nā lignū ꝓpter mālitatē suā nō pōt cē ad seipm cōuersiuū ita q habeat actionē que ad seipm terminet. iō si nauifactiua esset in ligno naturaliter ut dicebatur fieret nauis ex ligno z lignū moueret seipsum. si tamen in ipso ligno oporteret dare aliquā partē magis actualem in qua esset ars z virtus actiua que se haberet ut semē maris z aliā partez magis potētialem que se haberet ut menstruuz femelle. z sic lignum per vnam partem in qua est ars moueret seipsum q̄tum ad aliam partem que se haberet ut materia artis. sed substātie ſpirituales qz hñt actionē ad se ꝓpriā in eadē nā: ut in ſba sua hñt id qō est facere z illō qō est fieri. idez ergo. i. eadē ſba angeli respectu eiusdē idest respectu eiusdē actiōis intelligibilis est facere fieri z est simul actu z potētia ſz nō per idē ſz p ſpēz itelligibilē est facē z est actu. per itellectū aūt est fieri z est in pō. nec hoc nos moueat q ſpēs itelligibilis z itellect⁹ sūt in eadē ſba angeli. naz intellectus agēs z itellectus possibilis sūt in eadem ſba anime z tñ vnum se habet ut mouens. aliud ut motum. vnū ut facere. aliud ut fieri. angelus

ergo ut est quoddã totũ pfectibile per vnã pfectionẽ ut per spẽm itelligibilẽ per quã est magis in actu mouet seipm q̃ ad aliã perfectionẽ: ut q̃tũ ad intellectũ per quẽ est quodãmõ in potentia. ¶ Oñso quõ aliq̃ mõ sile est de motu quo angelus mouet seipm ad itelligendũ ⁊ de hijs que videm⁹ in istis iferioribus quõ mouẽt seipsa: uel ẽt in nobis ipsis quõ nos induemus uolumus declarare qõ q̃rto ꝓponebat declarandũ. videlicet modũ intelligẽdi angelicũ. ꝓpter qõ sciendus qõ phs ẽt. xx. meta^ce ⁊ 2m^or. vident sibi ꝓtradicẽ. ex solone aũt illius ꝓdictionis apparebit declaratio ueritatis intẽte. Vult eni cõmẽtato2 ibi q̃ rõ sit pximus moto2 ⁊ hoc dicit eẽ de intẽtiõe phi. ⁊ tñ phs ibidez dicit q̃ in hi⁹ motu appetitus est uere oñs. Jsta autez duo nõ vident posse stare q̃ rõ sit pximũ mouẽs ⁊ q̃ appetitus sit uere oñs: qz semp qõ pmo mouet videt hẽre rõnẽ oñy. Jõ dicemus q̃ cũ intellect⁹ noster mouetur ad intelligẽdũ est ibi aliq̃d nãle ⁊ aliq̃d uolũtariũ. nã pxima motio intell⁹ est q̃dãmõ nãlis ⁊ nõ est i ptãte nr̃a. talis eni motio ul⁹ fit ex exercitatiõe sensuũ uel per sensus uel ex aliq̃ assuefactiõe cogitãdi uel ex aliquo alio ita q̃ non est in ptãte nr̃a q̃d nobis pximo ueniat in mẽte. ⁊ anteq̃ aliq̃d itelligamus non sumus in hoc oñi nec est in ptãte nr̃a qual⁹ exeamus in actũ intelligẽdi. sz postq̃ iaz aliq̃d incepimus itelligere ex ipso pmo itellecto mouet appetit⁹ ad aliq̃d appetendũ uel fugiendũ. statim appetitus ex hoc est factus in actu desiderãdo aliquẽ finẽ. factus autẽ appetitus in actu p finez mouet intellectũ ⁊ alias potẽtias ſm q̃ exigit cõditio illius finis. g̃ ⁊ rõ est pximum mouens ⁊ appetit⁹ est uere oñs. Sz rõ est pximũ mouẽs q̃tuz ad ea que nõ sunt simpl⁹ in ptãte nr̃a: ⁊ q̃tũ ad illum actũ intelligẽdi qui utplurimũ est quodãmõ nãlis: sz appetitus est uere oñs q̃tũ ad ea que sũt in potestate nr̃a. multũ est ergo notandũ ille modus loquendi qõ rõnẽ appellat pmũ mouẽs. ⁊ appellat appetitũ oñz. Nã pximũ ⁊ posterius reperit in nãlib⁹. nã in nãlibus reperit aliq̃d qõ se hẽt ut causa ⁊ aliq̃d ut cãtũ. aliq̃d ut actus. aliq̃d ut potẽtia. aliq̃d ut pximũ. aliq̃d ut postremũ. Jn talibus tñ non reperit rõ oñs: qz nãlia nõ hñt oñium sue operationis. Jgnis eni qui nãliter calefacẽ non oñatur sue calefactioi. Sz quadã necessitate nãe agit qõ agit. Jn illis ergo ubi sumus oñi appetitus se hẽt ut ꝓncipale mouens. ideo bñ dictuz est q̃ uere oñs est appetitus. Jn his autez que non sunt in ptãte nr̃a ⁊ ubi nõ habemus oñium possumus ꝓnci paliter assignare cãm ex parte virtutis cognitiue ut ex pte rõnis uel itellectus. ⁊ sicut in nobis est dare aliq̃d itelligere q̃d est q̃si nãle ⁊ aliq̃d q̃d est simpl⁹ uolũtariũ. sic ⁊ in ipso angelo est aliq̃d intelligẽ quasi nãle ⁊ aliq̃d uolũtariũ. Nã pout intelligit se ⁊ ea que sũt in ipso hi⁹ intelligere est quasi nãle ꝓut mõ intelligit alia a se. tale itelligere est uoluntariũ. Si ergo dicem⁹ q̃ angelus semp intelligit seipsuz per essentiam suam. ipsa eni essentia angeli: qz est quedã forma actu intelligibilis ⁊ est semp ꝓsens itellectui angelico: qz actiuũ coniunctũ passiuo opz illud agere illud pati semp cãbit intellectionẽ uel actũ intelligendi in ipso intellectu angelico. ꝓpter qõ semp angelus intelliget seipsũ ⁊ ea que sunt in ipso. Nã cũ nõ intelligat cõponendo intelligẽdo subm intelligit ea que sũt in subto. Jntelligendo ergo se intelligit oẽs spẽs intelligibiles ⁊ oia alia que sut in se. ⁊ intelligẽdo spẽs intelligibiles itelligit oia obiecta que repsentant per hi⁹ spẽs. Sz itelligit ea in ul⁹ ⁊ sub mõ confuso. ergo est itelligẽ ipsius angeli respectu cuius est semp in actu. naz semp actu intelligit se ⁊ spẽs intelligibiles que sũt in se. ⁊ in quadã confusione intelligit oia obiecta illaz speciez. postea per appetitũ ꝓuertit se sup quãcũq̃ spẽm ut vult ꝓuertẽdo se sup hi⁹ spẽm causat in eo actus intelligẽdi ſm hi⁹ spẽm ⁊ sic se cõuertens intelligit distincte ⁊ in ꝓpria forma obiectũ qõ repzesentat per illaz spẽm. qõ obiectũ pzius intelligebat in ul⁹ ⁊ in quadã ꝓfusione. Jntelligẽ ergo alia a se clare ⁊ distincte est q̃d uolũtariũ: qz hoc non cõpetit angelo nisi per uoluntatẽ se ꝓuertat sup istã uel sup illã spẽm quã habet apõ se: sz intelligere se ⁊ ea que sunt in se est ei nãle. pticipat tñ ⁊ hoc aliquo mõ de uoluntario. Nã ⁊ meminim⁹ nos dixisse q̃ intelligẽ quo angelus intelligit se est ptz nãle ⁊ partim uoluntariũ. debemus eni imaginari q̃ cũ angelus per uoluntatẽ specialr se ꝓuertit super aliquã spẽm ⁊ actu infozmat specie illa. ⁊ actu intelligit repsentata per illã specie non ꝓpter hoc desistit intelligẽ seipm. Jntellectio ergo alioz non tollit in angelo intellectionẽ suiipsius. attñ oino est rõnale: qz hec itellectio qua itelligit alia debilitet ⁊ remittat itellectiõi suiipsius. nõ enim ita clare nec ita limpide intelligit se quãdo cõuertit se sup alia. sicut quãdo ꝓuertit se solum sup seipsuz. Jntellectus eni intentus ad plura remisse ⁊ debiliter intelligit singula: nãle est ergo q̃ angelus semp se intelligat. Sz q̃ intelligat se pleniori ⁊ pfectiori modo quo potest hoc non est naturale: sed subiacet uoluntati. videlicet q̃ uelit desistere ab intelligendo alia uel q̃ uelit desistere ut nõ infozmetur ab intellectionibus aliorum. Sed solum sit intentus circa intellectionem sui. propter quod patet quomodo intelligere alia in angelo est quid uoluntariuz. Sz intelligere se est ei aliquo modo nãle ⁊ aliquo modo uoluntariũ. patet igit q̃d est modus intelligendi angelicus. ⁊ quõ angelus ꝓuertendo se sup spẽm aliquã per quaz intelligit alia a se nõ causal⁹ se ꝓuertit super spẽm illã. patet ẽt q̃ est aliqõ intelligere ipsius angeli respectu cuius semp angelus est in actu. ⁊ existens in actu respectu illius intelligere mouet se nũc ad itelligendũ ista nũc ad intelligendũ illa. ⁊ ꝓuertit se nunc sup hãc spẽm nunc sup illã ſm suã uoluntatez uel ſm sui arbitrũ libertatẽ. ¶ His oibus pl̃ibatis uolumus ultimo adducere rationes ad ꝓpositum ⁊ ostendere quõ spẽs intelligibilis põt mouere intellectũ angelicũ ⁊ causare in eo intellectionẽ uel actũ intelligendi. põt aũt hi⁹ spẽs tripl⁹ cõparari. videlicet ad itellectũ ipsius angeli in quo existat ad subaz angeli quã pficit ⁊ ad obiectũ qõ repsentat. Scõz hoc adducemus ad ꝓpositũ triplicem rõnẽ. ¶ Pzia ergo via sumit, put spẽs cõparat ad intellectũ angelicũ in quo existit. pp qõ sciendũ q̃ agẽs ⁊ patiens debẽt esse sil. vñ cõmẽtato2 sup 9° metaphisi. ait q̃ necesse est ut nihil agat agẽs donec sit sil cũ patiente. ⁊ in p° de gñatiõe in ca° de actiuis ⁊ passiuis hoc idẽ innuit. Sz opz loq̃ de sil tate rez sic̃ loqmur de ipsis reb⁹: aliter eni oñr cozporalia eẽ sil ⁊ aliter spualia. cozporalia eni qz sẽ situalia ⁊ sũt per se in loco se attigũt ⁊ sũt sil qñ se ptingũt ſm situ ⁊ qñ sibi iuicẽ appzopinq̃nt ſm locũ. Sz ipsa spiritualia de qb⁹ ſm Boetiuz in hebd. est per se notum apud sapientes ea per se in loco nõ esse nõ possũt per se hẽe ozdinẽ ⁊ simltatẽ situalẽ. oz g̃ q̃ hẽant ozdinẽ ⁊ simultatẽ eẽntialẽ. ut tũc talia sũt sil qñ eẽntialr sũt in seipis ut qñ eẽntia vni⁹ est in eẽntia alteri⁹. iõ lz cozpus nõ agat ubi est sz agat ubi nõ est: qz cozp⁹ agẽs nõ est in cozpe passo: sz est ex ipm attigẽs ipm situaliter sba tñ spualis ubi opat ibi est: imo ubi cẽt i re ibi operari non posset. vnde angelus cũ operat in acre est in

aere: cum operat in celo est in celo non ita sicut lapis est in aere. uel sic lignus est in aqua qz aer cedit lapidi exñti in ipso nec est sic lapis cum ipso aere. sic z aq̃ cedit ligno exñti in ea. Sz corpus in quo est angelus nõ cedit angelo z in quocunqz operatur angelus opz q sit sil' cũ ipso angelo. ergo spũalia hñt actionẽ in ea in qbus existũt: lz g spẽs itelligibilis sit in itellectu. hoc tñ nõ obstãte aliqd causat z agit in itellectu: imo nisi eẽt in itellectu nihil in ipm cãre posset. Nã nãliter loquẽdo spũalia nõ patiunt nisi ab hijs que sũt in eis nec agũt nisi in ea in qb' existũt. qõ totũ ex hoc ꝓtingit qz taliũ per se nõ est ordo situalis sz eẽntialis. Sz forte dubitabit q cũ intellect' sit aliqd substractũ z subm speciei quõ põt ipsa spẽs in suũ subm aliqd facere. videmus aũt q uolũtas mouet itellectũ: z cũ uoluntas aliq̃ mõ fundat in itellectu tanq̃ in subiecto: nã q̃tiescũq; duo accidẽtia uel doue pfectiões, pgrediunt ab ea dẽ suba q̃daz ordie ꝑioritatis z posterioritatis: ita q vna ꝓgrediat mediante alia: semp qõ ꝓgredit ꝑus est q̃si sbm alteri' accidentis ut q̃litas ut in subto fundat q̃titate: qz q̃litas fluit a sba mediãte q̃titate. Sic ẽt vna q̃litas ut in subo põt fundari in alia q̃litate ut sapor fundat in humido: qz fluit a subo mediãte hũido cũ g potentie angeli sint quedã accñtia z quedã ꝑetates ei' nãles opz q vna fluat mediante alia: uolũtas g que ꝑsuppõit cognitionẽ fundatã in ipsa sba angeli mediãte itellectu. hoc tñ nõ obstãte ipm intellectum mouet: sic spẽs intelligibilis: lz in ipso intellectu fundet ipm tñ itellectũ mouere poterit. ¶ Scõa via sumitur ꝑut spẽs itelligibilis cõparat ad subam angeli quã pficit z iformat. videtur aũt iste modus loquẽdi multũ alien' q spẽs itelligibilis subam angeli pficiat uel informet. debem' eni dze q informat z pficit itellectũ: utrũ tñ uerũ est. iter pfectiões eni exñtes in eo dẽ subo nõ est ordo situs: sed ordo cãlitatis: nõ enim sic plres forme attigũt eẽntiã mãe sic plra indumẽta attigũt carnẽ: nã solũ vnũ idumẽtũ carnẽ attigit. alia vo indumẽta nõ imediate carnẽ: sed seipsa contingũt sz quelibet forma siue subalis siue accidentalis ipsam maz attigit: z eẽntialr eẽntia cuiuscũq; forme hzeẽ in eẽntia mãe. Certuz est eni q forma ꝑ⁹ut forma sbalis est in eẽntia mãe. Sequẽs vo forma ut accidẽtalis z eẽntia mãe erit. z si dicẽs q sequẽs forza est in eẽntia ꝑoris forme nõ autez in eẽntia mãe ipsa rõ deuincẽt nã ubicũq; est eẽntia forme nãlis ibi est z eẽntia mãe eẽntia enim mãe nõ cedit eẽntie forme: sz sil' est cũ tali eẽntia. g si sequẽs forma fundat in eẽntia ꝑoris forme cũ eẽntia mãe sit sil' cũ eẽntia forme ꝑoris opz q in essentia mãe sit essentia forme posterioris: inter talia g est solũ ordo cãlitatis inquantũ vnũ accñs est cã alteri'. qõlibet tñ accñs z quelibet pfectio eẽntialr attingit z informat ipaz subaz in qua existat: q̃re lz spẽs itelligibilis recipiat in suba angeli mediante itellectu ipsa tñ spẽs itelligibilis eẽntialr attigit pficit z informat ipaz sbam angeli. ¶ Sz in hoc appere põt quõ spẽs itelligibilis mouet itell'm angelicũ: dicem' eni q suba angeli ꝑut ꝑsiderat nuda ꝼm se repñtatiua soluz suiipsi': z iõ hoc mõ accepta cã in ipso itellectu angelico cui est pñs intellectionem suiipsius tm. Sed hi' suba angelica per uolũtatẽ ꝙuertẽs se sup aliq̃ speciẽ lz in se nuda exñs nõ sit repñtatiua nisi suiipsi' tm cõiuncta tamen tali speciei erit repzesentatiua obiecti cui' est illa spẽs. iõ per spẽm illã z per uolũtatẽ determinantẽ se ad hi' ipẽm causabit in intellectu suo itellectionẽ obi cui' est illa spẽs. ¶ Tertia aũt via sumit ꝑut illa spẽs cõparat ad obiectum qõ repsentat. Nã illa spẽs nõ agit q ei attribuat actio: sz agit qz est rõ agẽdi sicut nec caloz calefacit. Sz est rõ calefaciendi: nũc aũt iter cãs agẽdi videm' hãc distinctionẽ q aliqd ꝓncipalr agit: z aliqd agit in vtute alteri'. z hanc distictionẽ quã videm' iter ipas rõnes actionũ: nã aliqd est rõ agẽdi ꝼm se: aliqd vo est rõ agendi in vtute alteri' duplr. g in talib' põt eẽ defectus. ꝑ⁹ si nõ agat: sz sit solũ rõ agẽdi. scõo si nõ sit rõ agẽdi ꝼz se: sed sit rõ agẽdi in vtute alteri'. utrũq; aũt defectũ hẽt spẽs intelligibilis. ꝑmo qz nõ agit. sed est soluz rõ agendi nõ põt eni illi spẽi cõpetẽ per se agere: qz nõ cõpetit ei per se eẽ. attñ si eẽt per se exñs z eẽt in ipso intellectu angelico efficacius z fortius causaret actũ intelligendi in ipso itellectu q̃ causet. Scõo deficit hi' spẽs intelligibilis: qz nõ solũ non est agens: sz est rõ agendi sz nõ est rõ agendi ꝼm se: sz magis est rõ agendi ut est repsentatiua obiecti: ꝓpter qõ si ipsuz obz ꝼm se poss set eẽ in ipso intellectu pfectius causaret actũ intelligendi in ipso nũc aũt nũc exñs ibi per spẽm spẽs ipa in virtute obiecti z ut est repsentatiua eius est rõ q̃re hoc fiat z q̃re causet actus intelligendi in hi' intellectu. ex hoc ergo apparet quõ spẽs itelligibilis habet causare actũ intelligẽdi ut cõparatur ad obiectuz: qz hoc facit in virtute eius z ut est repsentatiua ipsius. ex hoc ẽt claruis soluit difficultas quõ spẽs agit in intellectu cũ sit quoddã accidẽs ipsius: nã nõ mouet intellectũ ut est quoddã accidẽs eius: sz ut est quedam pfectio sube ita q substãtia cõiuncta tali speciei: z per ꝙsequens repsentans obiectũ eius causat in ipso intellectu intellectionẽ ipsius obiecti. z si ꝑfundius ꝑscrutamur hoc ẽt quodãmõ accñs: qz si nõ eẽt qd iherẽs: sz eẽt per se exñs mlto magis hoc ageret. ¶ Aduertendũ aũt q cũ dicimus spẽs agit z causat: opz ibi accipere agere z cãre large, ꝑut id qõ est rõ agẽdi z cãndi z q non habet per se existere dze agere z causare.

Ad ꝑmũ dicendũ qõ arguit ex oi parte deficit: nã qñ dz q finis ꝼm esse distinctũ ab eo cuius est finis si itelligat qõ finis nõ possit actualr eẽ in eo cui' est finis patet fl'm esse. Nã cõmẽtator a quo hic modus loquẽdi sũpsit originẽ ylt in 12° q forma balnei in aia est efficiẽs motũ z calus desiderũ. forma aũt balnei exẽ est finis motus z desiderỹ. Sz hoc est qõ dicit ipse: qz balneũ per seipz nõ ꝑt eẽ in aia. Si eni forza balnei ꝼz eũ eẽt abstracta idẽ eẽt mouẽs ut agẽs: z ut finis. põt g mouẽ ut finis qõ hẽt actualr eẽ in aliq̃. si vo dicas q finis est distinctus ꝼz eẽ: nõ qz possit eẽ in eo cui' est finis: sz qz est qd p se exñs differẽs ab eo cui' est finis nec hoc opz. Nã ultima btitudo z ultim' finis quẽ posuerũt phi ẽ opatio aie exñs in ipsa aia z inheres ipsi aie. ꝑma ergo pars argumẽti q forza exñs in mẽte nõ põt eẽ mouẽs ut finis est falsa. scõa ẽt ps q nõ põt eẽ mouẽs ut efficiẽs qz accñs nõ hẽt rõnẽ efficiẽtis respectu sbti: patet q spẽs intelligibilis est efficiẽs nõ q ipsa per se existat z per se agat: sz qz est rõ agẽdi z efficiẽdi. z qõ addit de accidẽte patet qõ illa spẽs nõ ut accidit intellectui sz ut est cõiuncta sube angelice est rõ q̃re causet intellectio in itellectu nec hoc ẽt ut patuit facit ꝼz se. sz ut est repñtatiua obiecti z in virtute ei'. nec opz q obm sit actu: ad hoc qõ hoc agit sic semen agit in vtute aie ꝑis: pze tñ mozruo uel viuo nõ min' agit z sic forma grauis in vtute grauãtis est rõ q̃re moueat graue: ita qõ graue mouetur a grauãte exñte uel nõ exñte non min' mouet: sic spẽs est rõ mouẽdi in virtute obiecti obiecto tñ existente uel non exñte non min' mouet. ¶ Ad scõm dicendũ q idẽ ꝼz idem non põt esse mo

uens ⁊ motū. nec pōt sīl agere ⁊ pati cum ꝑm diuersa pōt modo quo patuit. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ posito ꝙ spēs intelligibilis habeat eē intentionale ⁊ ipsa intellectio hēat eē reale. hūs ꝓcessus que supponebat argumentuꝫ rō non ꝓcludit. Nā non est incōueniens ꝙ aliq̄d agat ultra suā speciē in virtute alterius. intētionale ergo in virtute obiecti realis poterit esse cā ⁊re causatē realis actus. ¶ Ad quartuꝫ dicendum ꝙ spēs itelligibilis nō hēt causalitatē sup ipso itellectu qō ipm intellectuꝫ efficiat. Sꝫ magis est eo posterioꝛ ⁊ ipm ꝓsupponit. Sꝫ causalitatē hēt sup ipsa intellectiōe siue super actum intelligēdi quo est ꝓrioꝛ ⁊ quē causat. ¶ Ad 5m dicendū ꝙ species mouet itellectū in virtute obiecti. ⁊ qō dī qꝛ nihil agit per formā que est in altero. ergo obiectū nō agit per spēm intelligibilem que nō est in ipso. dici debet ꝙ q̄cq̄d agit immediate agit per formā que est in ipso. Sed qō agit mediante alio dī agere per formā que est in alio. obtum ergo mouet intellectū nō per seipm sꝫ per spēm intelligibilē: ⁊ qꝛ obiectū nō mouet intellectū per seipsum sed agit per formā que sit in ipso: quia vō mouet per aliud agit per formā que est in alio. ¶ Ad 6m dicendum ꝙ ꝫ itellectus hēat apud se plures spēs: non tn̄ mouebit quēlibet intellectū: sꝫ altera determinate eo ꝙ uolūtas nō posset se ꝓuertere plene sup oēs nec ēt sup plures: sꝫ sup vnā tm̄. ¶ Ad 7m dicendū ꝙ uoluntas determinat intellectū ad hoc qō informet ita vna spē qō non alia. ⁊ ꝙ arguitur ꝙ actio intellectus ꝑcedit actionē uolūtatis. dici debet ꝙ est aliqō intelligere qō ꝑcedit uelle ⁊ qō nō determinat per uelle. ⁊ est aliqō intelligere qō sequit uelle: ⁊ qō determinat per ipm. itelligere enī qō est angelo ōsi naturale ⁊ qō semp cōpetit angelo ꝑm qō hi' nō determinatur per uelle. ad tale ergo intelligere uolūtas nō mouet intellectū: sꝫ ad intelligēdū alia a se qō est simplr q̄d uolūtariū mouet uolūtas intellecta. ¶ Ad 8m dicendum ꝙ angelus ꝑus intelligit se ⁊ spēs quas hēt in se ⁊ relationes specierū ad obiecta: ⁊ istud intelligere est ei quasi nāle. ⁊ postea ꝓuertit se sup spēm quā vult ⁊ itelligit obiectuꝫ: ⁊ hoc intelligere est sibi uolūtariū ꝓp qō uerū est qō ꝑus itelligit obm iperfecte ꝙ itelligat ipꝫ pfecte: sꝫ nō eodē mō. Sꝫ ꝑus intelligit obm sub mō q̄dā ꝓfuso ⁊ in gñali ⁊ iperfecte ꝓut spēs hēt ꝙdā relationē ad ipm obiectum. ⁊ postea ꝓuertit se super spēm illā ⁊ intelligit obiectuꝫ clare in ꝑticula formā ⁊ pfecte. ꝓrius ergo ꝙ intelligat obiectū perfecte intelligit ipsuꝫ iperfectū. ¶ Ad 9m dicendū ꝙ argumentū nihil ꝓcludit: sꝫ petit sibi hanc difficultatē solui: videlicet q̄re in somnis fantasia est in actu suo ⁊ tn̄ intellectus nō est in actu suo: imo impeditur ab actu eius.

¶ Ad qō breuis est solutio. nā intellectus non recipit a fantasmatibus nisi ut sunt sīlitudines rerū. fantasma aūt in somniis: ꝫ ꝑm in de somno utit fantasmatibus tanq̄ rebus. nō tanq̄ sīlitudinibus rerū. ꝓpter qō sequit ꝙ fantasia in somnis nō hēat fantasmata ut sūt apta nata mouere intellectū: ꝓpter qō in dormiendo impedit intelligendi actus: sꝫ q̄n ꝑtransierunt illi motus ⁊ finis iam ꝑticipe vigiliā ⁊ dormiēdo cognoscimus nos dormisse. ⁊ dicimus intra nos ipsos non sūt uera que videmus sꝫ somnia. Tunc iā incipimus uti fantasmatibus nō tanq̄ rebus: sꝫ tanq̄ sīlitudinibus rerum ⁊ extūc actio intellect' incipit vigorari ⁊ eē in suo robore. Soluta est ergo difficultas que querebat.

Exto querit utrū itellectus angelic' intelligat per spēs inatas uel a rebus acceptas. ⁊ videt ꝙ angelus nō hēat species rerū apud se. Nā intellectus hūanus per speciem quā hēt apud se pōt intelligē rē exīstētē ⁊ nō existentē. cū ergo potentioꝛ sit intellect' angelicus q̄ hūanus: si angelus hēret spēs rerū apud se: multo foꝛtius intelligeret res exīstes ⁊ non exīstes. intelligeret ergo ꝑsentia ⁊ futura qō est ꝓra damascenū libꝛo 2°. caplo. 4° qui ait ꝙ futura q̄dez neq̄ angeli neq̄ demones nouerunt. ¶ ℘. in aia nostra est aliq̄d qō est oia facē ut itellectus agēs. ⁊ aliq̄d qō est oia fieri ut intellect' potentialis ⁊ hoc est ꝑfectiōis in ea. cum ergo angelus nāl'r sit ꝑfectioꝛ q̄ aia erit ēt in eo aliquid qō erit oia facē ⁊ aliq̄d qō erit oia fieri: hoc aūt eē nō posset nisi hēret in se intellectū agentē qui abstrahēt a rebus: ⁊ intellectū potentialeꝫ qui intelligeret recipiēdo spēs reruꝫ. ergo ꝛc̄. ¶ ℘. est res sūma que nihil acq̄rit ab alio ut deus. ⁊ res infima que oia acquirit ab alio: ut coꝛpus ⁊ mā: ergo angelus qui dicit rē mediam aliq̄s spēs habebit in se: ⁊ aliq̄s acq̄ret ab aliꝭ: ut a reb'. ergo saltem aliqua intelliget per spēs acq̄sitas. ¶ ℘. oē cognoscens cognoscit per spēm abstractā. Nā ipe sensus de quo est min' credibile videt aliquo mō abstrahere cū sit susceptiu' speciē sine mā ⁊ in ipsa fantasia adhuc magis cognoscit per spēm abstractā ⁊ ipe itellectus noster tanq̄ immaterialis adhuc plus intelligit per spēs abstractas. ergo multo foꝛtius intellectus angelicus: qꝛ imālioꝛ itelligit per species abstractas: sꝫ intelligere per spēs abstractas est intelligere per species a rebus acceptas. ergo ꝛc̄. ¶ ℘. Aug' circa finem 2ꝫ libꝛi sup geñ. ad litteram. vult ꝙ demones tripliciter cognoscūt res videlicet acumine sensus experientia tēpoꝛ: ⁊ reuelatiōe sanctoꝛ spirituū. Sꝫ si demones cognoscūt experientia tēpoꝛ ⁊ per ꝓgressum reꝛ in esse ꝓns est ut accipiāt a rebus. ¶ ℘. intelligētia non pōt reduci ad actū intelligēdi per se cū sit potentia intelligēs. nec per spēm intelligibilē cū sit innata ⁊ inuariabiliꝫ. ergo opꝫ ꝙ reducat in actū per res ipsas. itelligit ergo per species a rebus acceptas. ¶ ℘. si angelus hoc mō intelligit per spēs innatas: qꝛ ꝓgredientibus rebus in esse sunt sīles itellectui angelico que ꝑus nō erant: ꝓpter hoc mō euadim' difficultatē q̄re cognoscit pn̄tia ⁊ nō futura. sequit ex hoc ꝙ sīlitudo sit cā cognitionis rei. ¶ Sꝫ ꝓra. ꝓriuꝫ cognoscit res q̄ sīlitudo eius. nō ergo sīlitudo potest eē causa cognitionis rei. ꝙ autem ꝑus cognoscat res q̄ sīlitudo patet: qꝛ hoc mō cognoscit sīlitudo qꝛ cognoscitur per spēs que sit sīles rei. Sꝫ ꝑus cognoscit obm q̄ spēs. ergo ⁊ ꝓrius res q̄ sīlitudo. ¶ ℘. si angelus hēt species innatas aut per illas spēs semp cognoscit res aut non. Si cognoscit ergo frustra applicāt: si nō cognoscit: ergo causal'r applicat. ¶ ℘. qꝛ itellect' noster est ꝓiunctus sensui abstrahit a sensibilibuꝫ mediāte sensu. intellectus ergo angelicus: qꝛ nō est coniunctus sensui intelliget abstrahēdo a sensibilib' sine sensu. ⁊ ita per spēs acceptas. ¶ ℘. assignatur cā quare angelus itelligit per spēs innatas: qꝛ sicut coꝛpora celestia sūt plena formis ⁊ nō recipiūt iferiores pfectiones: ita ⁊ angeli tanq̄ supiores spūs sūt pleni formis: ⁊ nō recipiūt iferiores pfectiōes. ¶ Sꝫ ℘: coꝛpa superceles tia sūt in potētia ad ulteriorē pfectionez: qꝛ possūt eclypsari ⁊ illumiari. ergo ⁊ angeli erūt in potētia ad ulteriores spēs. ¶ In ꝓriuꝫ est qō dī in. x. ꝓpōne de causis. ꝙ ois intelligentia est plena formis. ꝙ si sic est nō intelligit per spēs acq̄sitas sꝫ cōcreatas. ¶ ℘. qꝛ intellectus noster est potētia in gñe intelligibiliuꝫ erit potētia ipsa itelligibilia ⁊ itelligit per spēs acq̄sitas. angelus aūt qꝛ est actu in gñe itelligibiliū erit actu

